



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

Pars I. de Perfectionis desiderio, & septem excitatorijs eius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-77833)

# PARS PRIMA

## HIVVS LIBRI DE PERFECTIONIS desiderio, & septem excitatoriis eius.

*Perfectionem donum Dei esse, non tamen nostram cooperationem excludere.*

C A P. I.

**D**efectionis gemma gratissima, cuius substantiam, & dignitatem in superioribus, exposuimus, nec ex natura nobis obuenit, nec ex necessitate accidit, nec ex debito contingit, sed donū Dei est, & quidem amplissimum, quod Deus diues in misericordia hominibus larga manu concedit. Natura quidem perfectionem naturalem parit, qua res aliqua, ut verbi gratia, cœlum, aut margaritum, proprietatibus sibi debitibus pulchra perfectaque confisit: at perfectionem supernaturalem (de qua nunc loquimur) quæ in gratia, & charitate sita est, & nos veros Dei filios, & charissimos amicos efficit, nulla ratione proponitur. Naturalia enim (vt indicauit Basilius, & ipsa ratio, & experientia docet) aut in seipsis aut veluti in semine nobiscum ex utero matris prodeunt, imò ex ipsa conceptione nostra, qua sumus aliquid, nobis obueniunt. Nam oculis prædicti, & manibus, & pedibus, & reliquis membris compacti nascimur, & rationis compotes, atque apti ad ridendum, & flendum, & loquendum sanguini matris nos nutriti, & educantis excipimus. Non tamen tunc lux ista recentes natos, aut Deo gratos, aut charitate perfectos aspicit, sed potius originali macula infectos, & vitiorum seminibus, scilicet affectibus, cumulatos, quibus ad terrena dilabimur, manifestè cognoscit. Eramus enim, vt inquit Paulus, natura, id est naturali propriaeitate filii ira: ] quod si filij ira, ergo & filij vindictæ: non igitur à natura nobis prouenit gratia, & multò minus gratia perfectio, quæ nos filios misericordia facit, & ab omni ira & vindicta liberat. Non etiam aliqua necessitate (vt fatorum assertores delirant) ad perfectionem capessendam impellimur: quoniam hoc opus libera voluntatis est, voluntatis, inquam, Dei, quæ nos misericorditer vocat, & à ligno peccati, in quo infixi eramus, extrahit, & in arcem puritatis inuehit; & voluntatis nostra, quæ nequaquam Deo vocari & inuitanti resistit. Fidelis Deus, aut Paulus, per quem vocati estis in societatem filii eius Iesu Christi Domini nostri, ] Non fortunatos impulit ad Societatem Christi, qua omnis sanctitas, omnisque perfectio fidelium lignata est, non fatum vos traxit, non vis astrorum adegit, sed voluntas Dei amans vos, & liberaliter diligens, quæ nullam vim libero arbitrio intulit, ad Iesu Christi societatem, (quam omnes iusti proficiunt) & ad perfectionem euocavit. Quam necessitatibus exclusionem hoc loco animaduertit Chrysostomus, & non solum animaduertit, sed & optimo ratione stabilit. Non, inquit, vim infert Deus, neque cogit. Et quisnam ad p̄m̄la, coronas, coniuia, festos dies, nolentes atque iniurios trahat? Nemo, inquam. Iniurios namque esset. In gehennam iniurios mittit Deus: in regnum sponte properantes aduocat. In ignem ligatos eiicit, & gemebundos: non autem in perpetua bona tri-

A dem. Nam hoc, & ipsa bona iniuria afficeret, nisi eiusmodi esent natura, vt volentibus, & his, qui plurimam se gratiam habituros sciāt, sese offerant. ] Hac itaque mutatio, qua ex homine carnali fit spiritualis, & ex peccatore iustus, & sanctus, non necessitatis est sed dexteræ excelsi. Ipse excelsus est (nam & in hoc celitudinem sue pietatis commendat) qui commutat cogitationes & desideria terrestria in cogitationes, & desideria cœlestia: qui convertit lumen in aurum, saguum in sericum, & ex vilissimo peccatore hominem iustum & planè sanctum, ac perfectum educit. Nec etiam perfectio homini debita est, dicente Paulo, quis prior dedit illi, id est Deo, & retribuetur ei: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: pli gloria in secula. ] Nemo profectò donauit prior aliquid Deo, nullus instrumentum publicum habet aduersus eum, vt boatum aliquod tamquam ex debito petat, & non in eo, quod sibi datum est, donum, & mercedem accipiat. Si enim Deus homini debitum daret, vtique daret illi non gratiam, sed penam, non regnum, sed exilium, non sui possessionem, sed dæmonum aspectum horribilem, quem gravia & enormia ipsius peccata meruerant. Si rex perduelli, & læsa maiestatis reo clementer ignoscat, an erit debitum? Non. Et quomodo erit debitum, si Deus peccatori ingentis delicta condonet, & in suam gratiam & familiaritatem admittat? Si diues suis opibus, magnis laboribus partis captiuum redimat, eritne debitum? Nequaquam. Et quo pacto erit debitum, si Dominus non auro & argento sed sanguine pretioso filij sui homines rerum terrenarum nexibus vincet, à misera captiuitate dissoluat? Si Dominus Paulum spirantem minarum, & cædis in discipulos Christi, luce circundet, & ab aquo, cui insidebat, deturberet, ac terribili voce deterreat, nec non & ex crudelissimo lupo agnum mäserissimum, & ex persecutore prædicatore faciat, estne debitum? Nullo modo. Quia ergo ratione erit debitum, si idem Dominus hominem aduersus honestatem bella gerentem sapientia luce perfundat, à superbo corde deiciat, afflato sua inspirationis edoceat, & ex hædo in agnum conuertat? Iustitia igitur non est homini debita, non vi necessitatis inducta, non à natura profecta: quare nec perfectio, aut sanctitas, hac eadē sui initia cognoscet, siquidem ipsam iustitiam hominis est, qua cum iustum reddit, non quidem imperfectionibus inuoluta, sed debita fortitudine roborata.

Si ergo perfectio nec naturalis est homini, nec necessaria, nec debita, erit sine dubio benignitate Dei, & misericordia donata. Atque ideo optime vocatur donum Dei, quod ipse Dominus non in omnes iustos, & in vocatos ad sanctitatem vocatione efficaci, & in magnos amicos effudit. De quo intelligitur illud Pauli: Deus, qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, cōiūicauit nos in Christo, (cuius gratia etsi saluati) & cōresuicit, & confidere fecit in cœlestibus in Christo Iesu: vt ostenderet in seculis superuenientibus abūdantes diuitias gratiae suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia enim etsi saluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei

Rom. II.

Aff. 9.

Ephes. 2.

Basil. reg.  
2. Faustus  
deß.

Ephes. 2.

1. Cor. 1.

Chrys. b. 5.  
2. m. 1. ad  
Corint.

enim donū est, nō ex operibus, vt ne quis gloriatur.] Intelligitur fāne de perfectionis dono hoc dictum Apostoli: quoniam si omni iustitiae conuenit, qua iusti sumus apud Deum, quanto melius & excellentius in perfectam iustitiam & absolutam sanctitatem quadrabit? Ad hanc in nos conferendam oportet, vt Deus sit diues in misericordia, nimis rursum vt sit maximē misericors, quia non iam solam miseriā letalissimā peccati, & aeterna mortis à nobis auferret, sed minimas quoque miserias multorum leuium peccatorum, & innumerabilium imperfectionū ipse depellit. In hac iustitia perfecta, nimia id est, eximia caritas nostri conditoris elucet, qua non tantum nos peccatis eripit, & amicos suos facit, sed vt filios charifimos vinculis sibi ineffabilis charitatis, & vniōne admiranda puritatis astringit. Hæc nos in Christo vivificat, & sufficit, & ad consensum eiusdem admittit, ut vitam similem vitæ Christi vivamus, & ab omni etiā ignavia & discordia suscitemur, & sedem gloriosam, quæ in celo nobis parata est, apud ipsum vivere amemus. Dono istius gratiæ perfectæ ostendit Dominus infæculis superuenientibus ab ascensione sua usque in aeternum, quantæ sint diuitiae lux, quas in viros sanctos benignè profudit, verè enim sancti sunt quædā specula, in quibus inspicimus inuestigabiles diuitias Dei, quia superabundantissima gratia illos cumular, & diuīsimis donis exornat, adeo ut omnia bona spirituallia habeat, & miseriā, aut defectum diuinæ lucis, & pinguedinis spiritualis non sentiant. O quā magnum donū sancta perfectio, quod Iacobus Apostolus donum perfectum appellat. Omne datum optimum, inquit, & omne donum perfectum desursum est.] Datum optimum alius minoris doni cōparatione optimum dicitur. Est ergo datum bonum omne temporale, ut Thomas exponit, quod nobis in vnam huīus vitæ conceditur, & datum melius omne corporale, quo corpus nostrum undeque perficitur: datum optimum orvne gratitutum, quo mēs nostra Deo acceptior, & amabilior redditur: donum autem perfectum est melius optimo, quod dona bona, & meliora, & optimæ perficit: & rotum hominē cumulo perfectarum virtutum absolutum. O quām magnum donū, quod Paulus donū cœlestē vocat, & tanta verborum maiestate significat. Impossibile est, inquit, eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donū cœlestē, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutēq; sæculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad penitentiam.] His quidem verbis sanctus Apostolus sine aliārum interpretationum præjudicio, viros sanctos, eorūq; perfectionē describit. Hi enim semel baptismi illuminati, quo peccatorum tenebrae defruiuntur, gustant donum cœlestē, nempe abundantissimam gratiam, qua saginantur, & vitam quamidam cœlitibus cognitam instituant. Donum autē istud ingentis & superabundantissimæ gratia, alia dona insigniora, in animam perfectam inuehit, qualia sunt dona Spiritus sancti, non tantum quoad habitum, sed etiam secundū insigines actus intellegitum illuminantes, & voluntatem roborantes, ac perfectientes accepta: gustum etiā boni Dei verbi, quo sibi multa misericordia in hac vita, & in futura ingentia præmia promittuntur: gustum de-niq; virtutum sæculi venturi, nam interdum, vt crescent, & verius terrena contemnunt, nonnulli cœlestium deliciarum cordis palato delibant. Qui huiusmodi sunt, si post tanta dona suscepit, inueniātur in grati, & pristina delicta resumant, impossibile est, id est, valde difficile, ut penitentia renouetur. Solet enim cōtingere, ut qui erant aliis meliores, semel lapsi, sicut præteriores, & diores, adeo ut præ durius,

A & superbia sua non facile illis sit ad perditam gratiā, & Dei familiaritatem remeare. Nā quemadmodum si vniuersus populus aduersus regem rebellet, popularibus quidem facile venia conceditur; filio autē regis, si fortè defectionis causa extitit, difficillimè indulgentia prærogatur: ( cuius historia Absalonis aduersus patrem rebellans erit exemplo ) ita si infirmus cadat, si miser, & imbecillus homo crimen admittat, facile suum casum agnoscat, sine difficultate plorat, & misericordiam diuinam impetrat; at si vir perfectus cadat, & dona sibi data prostituat, & frontem meretricis induat, satis difficulter amissam gratiā recuperat: cuius certè casus, vñus cūm sit, ingētes Dei thesauros dilapidat, virtutem & sanctitatem infamat, & pusillos vehementer scandalizat. Magnum est donum, quod ita perfectos Deo beneficiis tenet obstrictos, ut si cadant, tamquam homines ingratisimē difficultis indulgentiam accipiāt.

2. Reg. 15

Genes. 7.

Gene. 12.

Gene. 19.

Iosua. 2.

Gen. 2.

Bern. fer.  
s. de Af-  
sumpt.  
z. Cor. 5.

B Illud etiam ad commendandam huius doni magnitudinem facit, quod omnia alia Dei dona secum inuoluit, & vniuersa diuina beneficia habet adiuncta. Si enim donum Dei fuit iustū Noë à diluvio, & aquarum tempestate liberare, ecce melius donū hic, quo homo à curis sæculi liberatur, & à sauo turbine peccatorum eripitur. Si donum Dei fuit Abraham de terra sua, & cognitione sua, ac de domo patris educere, ac in terram illi promissam inferre; ecce maius donum hic, quo vir iustus à conuerstione terrena, & à consortio iniquorum abripitur, & ab imitatione veteris Adæ ad imitationem noui transfertur. Si donum Dei fuit, patriarcham Lotū tremendo supplicio Sodomorum eximere: Ecce præstantius donum hic, quo homo ad perfectionem vocatus, nec clamoribus importunitus sive carnis turbatur, nec edacis concupiscentiæ igne comburitur. Si donum Dei fuit è ventre ceti Ionam extrahere, ut comminationes diuinæ Niniuitis annunciatet; ecce mirabilius donum hic, quo homo non semel, sed millies à ventre Leviathan deuorantis & tentantis extrahitur, & vt quæcumque vorit, reddat pro salute Domino, ab eo, qui penè ipsum deglurierat, statim euomitur. Donum Dei fuit primum humani generis parentem in loco voluptatis collocare, & fructu arboris vita reificere; fed quād præstabilius Dei donum perfectione, quia homo in Deo manet, & Deus in eo, quia pane cœlesti nutritur, & aqua sapientiæ potatur, & ad cibum, & potum immortalem & proprium Angelorum disponit. Quis non fateatur perfectionem magnum esse Dei donum, quod hæc omnia dona secum afferat; quod corporis voluptatem, & sarcinavitatem rereget: quod proprij cordis duritiam, & argumenta carnali sapientiæ, quibus peccata nostra velamus, potenter abiiciat? Christo enim visitante nos, & intrante ( vt inquit Bernardus ) castellum iniquitatis euerterit, & pro eo nouum aliud pulchrum, ac spirituale construitur: implereturque quod dicitur: Si quia in Christo noua creatura, vetera transierunt, & ecce facta sunt omnia noua.] Sublata quippe cupiditate expanditur ingens sinus desiderij, ut ad eius aduentum multò magis anhelet mens ad cœlestia, quām prius terrenis incubuerat. Iam ponitur murus continentalis, qui corporis voluptatem encuet, & antemurale parentia, quod sæculi vanitati obster. Surgit autem hoc opus à fundamento fidei, & crescit per dilectionem proximi, quæ duritiam cordis, & falsæ sapientiæ argumenta dissicat usque ad charitatem Dei. Planè hoc amplissimum donum omnia Dei dona continet. Si enim Apostoli infidelitati restiterunt, & fidem per vniuersum orbem disseminarunt, hoc perfectio est: quia

abun

Iacob. 1.

D. Tho.  
in ep̄f. 1.  
Iaco. c. 1.  
lett. 1.

Hebr. 6.

abundantia diuinæ charitatis eas ad expugnandum diabolum , & quærendas animas roborauit . Simartyres vitam omnium rerum temporalium charissimam , acerbissimis tormentis exhaustam , pro Christo perdidereunt , hoc perfectio est : quia perfecta charitas omnem creaturarum amorem superans , eos ad mortem sustinendam , & vitam profundendam exposuit . Si Pontifices piis sollicitudinibus occupati , oves Christi rexerunt , & leipsoſ ſeruos aliorum fecerunt , hoc perfectio est : nam ardentissimus Christi amor illos necessitatibus proximorum subiecit , & ad contemptum propriorum commodorum impulit . Si doctores , & foles ſplendidissimi , paruuli illuxerunt , & pro tuenda veritate vigilias & labores maximos ſustentarunt , hoc perfectio est : nam feruens Christi dilectione eorum mentes exauit , & affectus accendit , vt tam ſublimia dicerent , & verbiſ tam sanctis & tam aptis ad mouendum , expōrēt . Si confefſores ſuipſorum iuge holocaustum Domino obtulerunt , dum corpora ſuia ieuius , vigilis , & aliis asperitatibus domauerunt , & animam perpetua orationi , & contemplationi dicarunt , hoc perfectio est , qua illis Dei amorem ſuis corporibus , & animabus chariorem reddidit , & quod in eis humanum erat , Dei cultui , & venerationi ſubdidit . Si denique virgines carnis fericis imperium comprefſerunt , & in mortali corpore Angelorum puritatem ſunt imitatae , hoc perfectio est , quoniam foris ut mors dilectioni , violentiſſimam concupiſcentiam ſopiuſt , & carnē ab impuris motibus emundauit , ut ſpiritus ac ſi eſſet carne ſolutus , in Dei contemplationem & amorem immerget . Est itaque perfectio Dei donum , & donum eximium , quo , poſt statuム beatitudinis nullum maius inuenitur , à cuius gremio haec omnia dona sanctorum emanant . De eo quod inquit Paulus Non ſicut delictum , ita & donum .] Nam diuīctum primi hominis peccatum origine in mundum intulit , gratia vero Christi ad minus peccatum originis , & peccata etiam grauia deſtruxit , & perfecta gratia non ſolum haec ſed prauas conſuetudines & vitia deleuit .

Sed si perfectio donum Dei eſt , expectemus illam à Domino , & donec eam donauerit , patienter feramus . Expectemus quidem , & ſi non ſtatim eam in nos misericorditer feremus , at non incuriosi , non ſegnes , non noſtræ ſalutis obliiſti , ſed ad gemmam hanc pretiosam accipiemad cooperemur . Ad quod nos moneret David , dicens : Exspecta Domum , viriliter age : & confortetur cor tuum , & ſustine dominum .] Ita exspecta , vt tamen non otio torpeas , ſed ſecundūm vires tibi à Domino dataſ , fortiter agas : ita ſustine , vt tamen cor tuum non vanis curis diſſolument langueſcat , ſed adipiſcenda perfectionis ſollicitudine confortatum , ad eam violenter arripiendam ſe exerat . Ita profecto expectandum eſt , quoniam Dominus non dormientibus , nec oſcitabitibus hanc pulcherrimam margaritam perfectionis donat , ſed vigilantibus , & pro ea contra ſe ipſos , & aduersus omnia vita decertantibus , benignè communicit ; ita ſustinemad , quoniam noſtrum labore ex gratia ſua procedentem , & noſtram cooperationem , ad ſanctitatem impatiendam requirit . Nam , ut ait Leo Papa ; quānq; omnium bonorum fit ipſe largitor , etiam noſtræ tamen fructum querit industria . Non enim dormientibus prouenit regnum colorum , ſed in mandatis Dei laborantibus , atque vigilantibus : vt ſi dona illius irrita non fecerimus , per ea quæ dedit , mereamur accipere , quod promiſit .] Dominus quidem Salomon sapientiam dare decreuerat , ſed quoque

A posceret Salomon , Dominus expeſtauit . Quin & exigit aut illū ad postulandum , dicens ; Postula quod vis ; vt dem tibi : ] Sic & nos petere debemus , & orationibus , gemitibus , ac bonis operibus poſtulare , vt ſecundum desideriū cordis noſtri detur nobis optata perfectio . Arripianus igitur verba ex ore huius ſapiens , & flexis poplitibus cordis noſtri dicamus ad Dominū : Et nos , Domine , ſumus pueri paruuli ignorantes egressum , & introitū noſtrū . Dabis ergo ſeruus tuus cor docile , vt populum tuum iudicare poſſint , & diſcernere inter bonū & malum .] Verē paruuli ſumus , qui more paruolorum viſibilia diligimus , & inuicibilis nec curamus , nec cupimus . Verē egressum , & introitū noſtrū ignoramus , quia neſcimus , quomođ oporteat nos inter homines conuerti . Da itaque nobis cor tibi per omnia ſubiectū , vt te docēte , & inuanteſciamus populi hunc interiorē multorū affectū noſtrorum regere , & bonū amplecti , ac malū reſutare . Oremus ita , vt lingua interior noſtra non ſileat , ſed nec manus noſtra ab operatione quieteſcat , & placebit ſermo noſter coram Domino , & dabit nobis cor ſapiēs ; & puritatis , quam cupiebamus , impertiet .

B Ut autē ſciamus perfectionem ita eſt donū Dei , vt ei conſequendo debeamus diuina gratia iuuante co-operari , diuersos loquendi modos in hac re ſacra ſcriptura frequenter viſurpat , vt hoc iuſtitia , ac perfectionis opus , & Dei eſte , & noſtræ etiam induſtria Dei gratia fulcita nobis aperiat . Ait enim : Non volentis neque currentis , ſed miſerentis eſt Dei .] Et : Si volueritis , & audieritis me , bona terra co-medetis .] Iterum verē . Deus eſt qui operatur in vobis velle , & perficere .] Et Reddet vnicuique ſecundūm opera tua .] Et rufus : Nemo venit ad me , niſi Pater , qui miſit me , traxerit eum .] Et , Appropinquare Deo , & ipſe appropinquabit vobis .] Praeterea : Perfice gressus meos in ſeminiſtis tuis , vt non mo-ueantr vestigia mea .] Et , Dirige ſemitam pedibus tuis , & omnes viæ tua ſtabilientur .] Deinde : Laua à malitia cor tuum Ierusalem , vt ſalua fias .] Et , Cor mundum crea in me Deus , & asperges me Domine hyſſopo & mundabor , lauabis me , & ſuper niuem de-albabor .] Ac tandem : Dabo eis cor nouum , & ſpiritu-um nouum tribuam in viſeribus corum .] Et , Facite vobis cor nouum , & ſpiritu-um nouum .] Haec omnia & alia ſimilia penē innumerā , quæ vitanda prolixi-tatis gratia praetereo , manifeste indicant omnem virtutem , omnemque animæ perfectionem donum Dei eſte , ſed ita , vt laborem noſtrum exigat , & induſtriam non excludat . Docent etiam omnēm la-borem & omnēm induſtriam noſtram , ad perfectionem neceſſariam , caſtam eſte , & inutilem , niſi eam gratia diuīng ſpiritus excitaueit , & in opus pro-deuentem comitatus fuerit , & ſtabilitate ac perſe-ruantia compleuerit .

C Si ergo donum hoc magnū , & exiſtūm perfe-ctionis volumen , ei conſequendo , modis omnibus , quibus poſſiuſ , cooperemur . Nam quod ridicu-lē in re humana contingit , in domo Dei non ri-diculē , ſed iuste ſuccedit . Apud homines enim quia-nam dignitatis , & mitras , & munera honorifica conſequuntur ? Nonne qui diligentius ea ambiant , qui importunius ea poſtulant , qui inuercundius aulicorum aures ſollicitant , & qui ſua obſequia regi facta ſuperbius exaggerant ? Et hoc ridiculum eſt , quoniam diſcriben ſalutis diligunt , honor pro-prieſe non quærendus , experit , & dignitas do-nis , & mendaciis , & ambitione comparatur . Apud Deum igitur ille veram virtutem aſequitur , ille ſumman dignitatem perfectionis imperat , ille mi-tram , & diademata regum puritatis exigit , qui

3. Reg. 3.

3. Reg. 3

Rom. 9.

Iſa. 1.

Phil. 2.

Rom. 2.

Ioan. 6.

Iacob. 4.

Pſal. 16.

Proph. 4.

Ierem. 4.

Pſal. 50.

Ezecl. II.

Ezecl. 18.

Rom. 5.

Pſal. 26.

Leof. 2.  
Epip. 6.3.

humilius petit, vehementius optat, ardenter efflagitat, & sanctissima opera tamquam dona quedam pretiosa pro tanta dignitatis asequitione promittit. Hoc autem non est ridiculum, sed plenum iustitiae, & aequitatis, quoniam virtus digna est per se ipsam, qua ab omnibus expectatur; & quia viri iusti eam non pro ambitione, sed pro Dei gloria querunt, non salutis pericula, sed, si perfuerent, salutem certissimam in domum suam inferunt, non mendaciis, & ineptis adulationibus, sed veritate vita, & sanctissimis obsequiis asequuntur. Quia, quia non ab humana industria solum, sed principiè à Dei gratia procedunt, ita augmentum gratiae merentur, vt illud augmentum à ratione gratiae & doni non sciungant. Quod Augustinus in Paulo, post bonum certamen coronam iustitiae poscente, manifestè conspexit, cuius bona opera, cogitationes bone à gratia prouenientes praeferuntur, cuius bonum certamen, quo strenue decertavit, & felicem censem, quem sanctissimis operibus consummavit, & fidem ipsam, qua in Detum fidelitatem tenuit, illi non natura vires, sed gratia auxilia maxima prorogarunt. Cooperemur itaque gratia Dei, ut mentis nostræ sanctitatem ab eo imperare possimus. Ad quod Paulus ipse nos horruit, dicens: Aduantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipias: At enim, tēpore accepto exaudiui te, & in die salutis adiui te: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.] Deus namque in tempore sibi accepto exaudit nos, & in die salutis nostræ destinato gratia sua adiunat nos. Hoc autem tempus non est profectò aliud, quam tempus vita nostræ, quod sub Euangelica lege transfigimus. Hac dies non est alia, quam dies conuersiois nostra, & vita spiritualis nostræ, que si eternitati comparetur, non longior est hæc sterna die, qua præterierit. In hoc tempore Domino sati accepto, & in hac die ad operandam salutem anima nobis concessa, abundans gratia data est, cuius praefidio donum perfectionis asequamur. Ne in vacuum recipiamus eam, nec tamquam ille seruos malos, & piger, ligatam in sudario otiositatis custodiamus, sed ei fideliter & diligenter cooperemur. Reuelabitur enim ira Dei de celo super omnē impietatem & iniustitiam hominum illorum, qui veritatem Dei intellecti reuelatam, & voluntati gratia auxiliis oblatam, velut compeditam, & ligatam in iniustitia detinent. Ne simus velut arbores mortuae, quibus nec coeli influxus, nec astrorum aspectus, nec aquarum cursus, ad ferendum fructum aliquid prouident, sed tamquam generose arbores saluberrimo celo fruentes, & maturis ac serotinis gratia imbris irrigatae fructum salutis feramus. Ne simus sicut aqua stagni, quæ semper stat, & quia motu caret, solet insalubris esse, & interdum tetur odorem habere: sed sicut aqua fluminis, quæ in mare, vnde exierat, reuertatur, & ad vniuersorum principium sanctæ vita celeritate recurrit. Denique talenta gratia nobis data sunt, & auribus nostris illud patris familias præceptum infonuit: Negoriamini dum venio] talentis acceptis negotiemus. Sic constituemur super bona Domini, non tantum in futura vita, in qua præmium æternum laborum recipiemus, sed in vita quoque præsenti, in qua anima perfectionem & sanctitatem consequemur. Hæc unum Dei donum est, sed multa bona continet, quia & anima pulchritudinem, & memoriam tranquillitatem, & intelligentiam lucem, & voluntatis restitutidinem comprehendit, & omnium virium animæ decorum, ac ipsius corporis continet puritatem.

*Aug. lib.  
de gratia  
& lib. ar.  
cap. 7.*

*v. Cor. 6.*

*Rom. I.*

*Luca 19.*

*Affequenda perfectioni cooperandum homini esse, tum desiderii, tum operibus.*

### CAP V T II.

**S**I Deus ita hominibus donum perfectionis communicat, vt non tamquam in res inanimes, & sensu carentes eam inferat, sed ipsorum hominum industria & cooperationem exigat, quo illis hanc eximiam gloriam impertit, vt dicantur, & sint simul cum Deo, suorum opum & bonorum emptores, vindendum nunc est, quibus cooperari debeant, vt ingentes opes sanctitatis & perfectionis obtineant. Duo igitur sunt, quibus homo Deo ad suam perfectionem consequendam cooperatur, desiderium, & opus: nam ardentissimis virtutis, & perfectionis desideriis ac sanctis operibus velat quibusdam instrumentis aptus afficitur, & ad excipiendum sanctitatis donum disponit. Hæc duo desiderium, & opus sunt duo oculi, quos homo in istud maximum suamentis bonū intendit: quorum memini David, dicens: Sicut oculi seriorum in manibus dominorum suorum: Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ; ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.] Nam desiderium, & opus nostrum talia sint oportet, vt Deum intentionis simplicitate respiciant, & de manibus eius hoc, quo sustentamur, perfectionis donum extorqueant. Sunt etiam duæ manus, de quibus ait Job: Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis.] Dentes enim meditationis, quorum est, diuina beneficia, & propria peccata ruminando communiqueret, carnem lacerant, dum eam pro commissis delictis debita severitate castigant. Et manus desideriorum, & operum animam portant, quia eam de virtute in virtutem vehunt, & ne in pristina delicta caderet, diligentissima cura sustentant. Sunt denique duæ alæ datæ mulieri, quæ peperit masculum, vt volaret in desertum in locum suum, ubi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis.] Quænam est ista mulier? nonne anima perfectionis aida, quæ spiritualis sapientia luce tamquam sole vestitur, & lunam mutabilitatis proterit, & caput eius virtutibus tamquam stellis circundatur? Et quod masculum peperit, nisi propositum proficiendi, & ad sanctitatem sine villa cœlestionē properandi? In quod autem desertum secedit, nisi in secretum spiritualis viræ, vt interpretatur contemplator Ricardus, in quo tamquam in amabili solitudine ab strepitu saeculi delirescit? Duabus itaque alis desideriis & operis in hunc desertum volat, quia bene desiderando, & operando, ad opitatum spiritus tranquilitatem appropiat. Ibi autem scilicet in spirituali conuersatione alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis, quia in initio virtutis, & in profectu, & in perfectione eius diuina gratia reficitur. Initium virtutis est tempus, quoniam vni secessioni à malo, & pœnitentia præteriorum insistit. Profectus sunt tempora, quoniam multis virtutibus acquirendis intendit. Perfectio est dimidium temporis, quia perfectio nostra in hac vita semper imperfecta est, & quasi dimidiat, quia solum in futura vita omnino perficitur. His itaque duobus pedibus desideriorū, & operū nobis currēdū est, quos perficit Dominus tamquam ceruorum, vt super excelsa staruat nos: his duabus ma-

*Psal. 132,*

*Iob. 13.*

*Apoc. 12.*

*Ric. II. 4.  
in Apoc.  
2. 1.*

*Psal. 17.*

nibus

*Isa. 65.*  
nibus laborandum, & his duabus aliis in perfectionem volandum, ut ad illam tandem veniamus.

*Sap. 12.*  
*Ecccl. 52.*  
*1. Cor. 10.  
Ifa. 20.*  
Desideria perfectionis non vnius generis sunt; quædam enim sunt à solo Deo immissa; quædam vero, diuinæ gratia simul, & nostra industræ laboribus excitata. Nam solet Deus aliquando, ut siue bonitatis diuitias effundat, hominibus etiam imperfici, & siue salutis oblitis, sine villa ipsorum dispositione, vehementissimum quoddam desiderium virtutis immittere, & edacissimam famem, & siue perfectionis excitare, qua anima mirum in modum stimula nescit quiescere, nescit penè modum teneare, sed unica eius cura, unicus angor est, in Deum & in diuinæ festinare. Hoc desiderium possumus in illis Isaiae verbis intelligere: Quæsierunt me, qui ante non interrogabam, inuenient, qui non quæserunt me. Dixi: Ecce ego, ecce ego ad gentes, quæ non interrogabat nomen meum.] Atque eius forte meminit Sapientia, dicens: Sicutiunt, & inuocauerunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro.] Modum autem huius desiderii, aut voces, quibus Deus dormitientes exfuscat, Ecclesiasticus in hunc modum exponit. Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ, quid adhuc retardatis: & quid dicitis in his anima vestra sitiunt vehementer. Aperi os meum, & locutus sum: Comparetis vobis sine argento, & collum vestrum subiecte iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam; in proximo est enim inuenire eam.] Magna est hæc sitis, quam interdum anima patitur, cuius calcibus incitata ita obnoxia Dominum inuocat, ita importunè aquam perfectionis efflagitat, ut eam de petra altissima (petra autem erat Christus) abundantissimè hauriat, & è lapide duro, probato scilicet, & in fundamento fundato, ] & fluendo gratiarum emanante tantæ sitis requiem accipiat. Increibilis erit inexpertis hæc sitis, atque hoc proficiendi desiderium, quod Dominus increpationibus, adhortationibus, omnium excusationum ablutione, & difficultatum depulsione, vehementer accedit, adeo ut anima facilitate summa (quam gratia Dei vocantis, & desiderium hoc immitiens facit) viam mandatorum, & consiliorum, & artes semitas afflictionis corporalis, & abnegationis currat, & thesaurum puritatis concupitum, quasi in proximo constitutum inueniat. Si aliquando ô anima hoc desiderium, & hoc pretiosum donum, & diuini amoris artham fueris experta, propera, festina, curre, non des somnum oculis tuis, nec dormitent palpebra tuæ, donec ad concupitam puritatem, & omnium vitiorum victoriæ peruenias. Hoc desiderium lumen est, non perpetua, sed ad modicum fortè tempus accessula, vt eius splendore proficias, curre, dum in tuum bonum illuminat, ne antequam iter facias, abscedat. Hoc desiderium calor est, qui tuas manus à frigore sordidæ dissoluit, labora dum cales, dum robur spiritus ad laborandum sentis, priusquam aut minuatur, aut penitus evanescent. Est denique hoc desiderium velut instrumentum commodatum, aut preclarum ad terram cordis excolendam acceptum; cole itaque sollicitè agrum cordis tui, & sentes eradica, & glebas tuæ duritiae proscindere, priusquam à Domino instrumentum agri colationis postuleretur, sine quo non ita facile poteris agrum mentis excolare. Cum hoc desiderium in intimitate nostræ mentis accenditur, verè magnum ac pretiosum talentum accipimus, quod Dominus non solum, sed multiplicatum, & cum vñis, ac magno fænore est exacturus. Indignabitur autem, si illud

A otiosum, & inutile viderit esse apud nos, & ingratos spoliabit, ac donum suum citius, quam sperabamus, præripiet. Nobis dicitur: Ambulate, dum lucem habetis, ne tenebra vos comprehendant. ] Et rursus: Venit nox, quando nemo potest operari. ] Si hæc lucerna adhuc ardet, & in mentibus nostris splendet, ambulemus non segniter ad splendorem illius, quia in nocte tentationis, & in caligine tribulationis satis laboriosè poterimus discurretare, & satis difficulter operari.

B Absente vero hoc desiderio ardentissimo (quod homini nec querenti, nec cogitanti solet infundi) aut quia numquam darum est, aut quia post aliquod à datione tempus ablatum, entendum est nobis magna in corde nostro desideria virtutis & perfectionis excitare. Simus virti desideriorum, sicut Daniel: cui pro magna laude ab Angelo dictum est: Noli timere vir desideriorum, pax tibi: confortare, & esto robustus.] Quibus verbis sancti desiderij effectus insinuuntur. Solet enim desiderium perfectionis inanes timores difficultatum se opponentium abiecte, corpus & animam ad robores roborare, & pacem mentis ac tranquillitatem afferre. Quia isticlud desiderium, non sicut desideria carnis inquietat, sed ita mentem ad querendum, quod optamus, instimulat, ut tamen pacem non adimat, nec internam serenitatem euellat. Daniel itaque amplius se ad cognoscenda secreta cœlestia ardentissimis desideriis, quam abstinentia & ieiunio dispositus: & sic nos magis affectibus & desideriis quam corporali exercitationi incumbamus. Nam hæc debet esse corporali imbecillitati accommodata, desiderium vero æquum est, ut magnitudini rei desiderarum respondeat. Illam viri sancti pro captu virium suarum accepérunt; hoc, quantum sibi fuit possibile, cumularunt. Quare Laurentius Iustinianus ait: Non meruit secreta scire cœlestia propheta Daniel, quia ieiunavit, sed quia concipiuit, dicente angelo: Ego autem veni, ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es.] Et quis verbis potest propalare sanctorum desideria: soli experti norunt amantium affectus, quam sive desiderio patiuntur, dilaniantur, vruntur, occumbunt. Quod si licet, non segniter sustinerent actu, quam desideriis concipiuntur. ] Hec ille. Qui ait, Daniel non meruisse audire secreta cœli ieiunio, sed desiderio; non quia ieiunium multum non meruit, sed quia multo efficacius desiderium imperavit. At quomodo hæc sanctitatis desideria concipiuntur? Certè alii desideriis, & orationibus, & meditatione earum terum, quæ in sequentibus exponentur. Nā desiderium virtutis alio desiderij desiderio succedit, oratione crescit, & meditationibus roboratur. Desiderium quidè perfectionis ipsius desiderij desiderio, & concupiscentia crescit. Cuius David est testis certissimus, dicens: Concipiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.] Cupiebat ille desiderium, ut illud non naturæ labor, sed gratia esse opus ostenderet. Vnde Ambrosius ait: Concupiscentia desiderare, quasi non sit potestatis nostra desideriū, sed gratia Dei. Cū enim Dominus oblectari nos viderit cupiditate desiderij judicatorum suorum, sobrium auger affectum. ] Cupiebat desiderium, quia Domini iustificationes, & mandata cognoscet, nondum tamē implédi ea desideriū habebat. Et ideo Aug. cū dixisset iustificationes Domini cognitas, & non amaras, nec in actionem trâfusulas, absentes reputari addis; Quid sūt iustificationes, nisi opera iusta, & nō verba? Ac per hoc possunt infinitate animæ non desiderari, & ratione mētis vti. Videt quippe quā sint viles, atq; salubres, & ideo potest

*Ioan. 12.  
Ioan. 9.*

*Dan. 10.*

*Lau. Inf.  
Li. de dife.  
& perfec.  
me. conc.  
6.  
Dan. 9.*

*Psal. 118.*

*Amb. ad  
eundem  
Psa. fer. 3.*

*Aug. ibi.  
con. 8.*

earum desiderium concupisci. Sæpe enim quid agendum sit videmus, nec agimus, quia non delegat, ut agamus; & concupiscimus, ut deleceret.] Cui piamus ergo, & nos desiderium perfectionis. Et sicut ut infirmus desiderat appetitum cibi, quem presus morbo fastidit: ita & nos culparum & imperfectionum nostrarum ægritudinibus affecti, & virtutis fastidio capti, desideremus fastidium, ac neuseam deponere, & appetitum seu desiderium virtutis induere. Hoc autem desiderij desiderium, nos ad orandum ac postulandum desiderium perfectionis prouocet, quia oratio humilis, & postulatio seruens prius desiderium perfectionis, quam ipsam perfectionem impetrat. Quemadmodum enim qui vult, si suus seruos aliquid faciat, instrumenta, quibus caret, ad faciendum suppeditat; ita Dominus, quos vult ad perfectionem prouochere, magnis desideriis, quæ sunt velut instrumenta assequenda perfectionis, accedit. Quare hæc nos desideria petamus, ut illis tamquam aptissimis instrumentis purissimum mel sanctæ puritatis in nostris cordibus elaboremus. Postulemus famem, ut ipsa nos ad quærendum cibum virtutis adigat. Postulemus & fletim, ut nos ad effodiendam diuinarum gratiarum aquam excitet: quam si biberimus, aquam consolationum terrenarum non sicutemus in eternum.

Marci 9.

Ibid.

Psal. 38.

Berna. in  
scala clia.  
off. medi.

Proth. 2.1.

Et sicut dicebat ille: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam:] ita dicamus quanto potuerimus affectu: Desidero Domine, adiuua tu desiderium meum.] Sic forte dicet Dominus spiritui pigriz, qui immundus est, & surdus, & mutus (qua manus hominis pigris ligat, ne suas maculas lauet; & aures obrutar ne Dei clamantis voces exaudiatur; & os comprimi ne lingua in vocem confessionis soluat) Exi ab eo, & amplius ne introeas in eum.] A quo spiritu liberati, non erit arduum ardenter desideria virtutis concipere, & ad perfectionem anhelare. Ita autem desideria sanctæ meditationes roboarent, tum eorum, quæ de dignitate perfectionis dicta sunt, tum etiam eorum, quæ ut incitamenta huius desiderij statim subiiciemus. Nam hoc habet meditationem, ut odium maligneret, & desiderium boni, & pulchri succedat. In meditatione mea, ait sanctus David, exardecser ignis.] Et Bernardus fructum meditationis exponens, qua meditamus quam pulchra & honesta sit cordis munditia, postquam edixit multa, qua anima exercitatione meditationis inuenit, hæc addit: His anima facibus inflammata, his incitata desideris, fracto alabastro sua uitatem vnguenti praesentire incipi; nec dum gustu, sed quasi narium odoratu. Et ex hoc colligit, quam suave esset huius munditia sentire experientiam, cuius meditationem nouit adeo esse iucundam. Sed quid facit: Habendi desiderio astut, Sed non inuenit apud se, quomodo habere possit; quanto plus inquirit, plus sitit. Dum apponit meditationem, apponit & dolorem: quia sit dulcedinem, quam in cordis munditia meditatione monstrat, sed non prægustat.] Vide, quomodo meditationis solers desiderium exsuscitat, & utrum perfectionis, & virtutum prouocet, sed de hoc aliâs.

Desideria autem virtutis, sine virtutis operibus non sufficiunt. Esset enim velle uno tantum pede progreedi, & una tantum ala volare. Et scriptum est: Desideria occidunt pigrum.] desideria nempe sola, & bonis operibus constituta, quia nullus aut precepto, aut obligationi solo desiderio satisfacit, quando adeat facultas operandi. Nec desideria sunt efficacia, quæ (nullo impediente) intra mentem se continent, & bona concupita non implent. Sequuntur

A ergo perfectionis desideria, virtutis actiones, quæ in anima vitia destruant, & immoderatas passiones compriment, & eam pauperrim ad puritatem, & perfectionem attollant. Quæ autem, & quales sunt istæ actiones, quorum præsidio anima ad perfectionem scandit? Certè omnes illæ quæ ad mortificationem nostram, sive ad ornatum animæ, sive ad studiū orationis, sive ad proximorum utilitatem pertinent, de quibus est animus (si dator vita vitam concesserit) in his voluminibus disputare. Interim tamen hæc omnia virtutis opera, ad illas notissimas iustitiae partes referimus, quas breuiter sanctus propheta depinxit, dicens: Declina à malo, & fac bonum.] Quæ verba ego ita intelligo, ut fundamentum scalæ, cuius ascensu ad perfectionem peruenitur, si perfectionis desiderium: primus vero gradus ascensionis sit ab omni malo diuertere; secundus vero, omne bonum factitare. Quod explicans Ambrosius ait: Nobis initium bonorum abstinentia peccatorum est: quoniam legimus; Declina à malo & fac bonum.] His enim ordo est disciplina, ut ab inferioribus ad perfectiora contendas, ne terreas mole maiorum, qui leuiorū exordio debebas prouocari. Scalarum enim similem esse Scriptura nos docet pietatis ascensum per quas vidit Angelos Domini ascendentēs & descendentes sanctus Iacobus, in exercitationis, qui nobis propositus est, vt per illum cognosceremus gradum virtutis pauperrim nos proferre debere, & ita posse ab imis ad summa contendere, si per processus gradiamur exiguo ad ea, quæ videntur humanae altiora naturæ. Duo vero isti gradus non simplices sunt. Quia in primo gradu; Declina à malo, multa sunt nobis peccata fugienda: multa vitia destrunda: multa concupiscentia desperanda; multa tentationes vincenda: multæ passiones frænanda. In secundo autem gradu, Fac bonum, omnibus virtutibus tum Theologicis, tum moralibus studendum est, & multa orationis exercitia suscipienda, ut tandem ad mentis puritatem, & amoris perfectionem veniamus. At cupies breui compendio omnes istos gradus ascensionis agnoscere. Illos ergo pro nunc, ex doctrina Cassiani magni doctoris edisces. Audi paucis ordinem, inquit, per quem scandere ad perfectionem sumam sine ullo labore, ac difficultate præualeas. Principiū nostræ salutis, sapientiæ; secundum scripturas timor Domini est. De timore Domini nascitur compunctione salutaris. De compunctione cordis procedit abrenunciatio, id est, nuditas & contemptus omnium facultatum, de nuditate humilitas procreatur. De humilitate mortificatio voluntatum generatur. Mortificatione voluntatum extirpatur atq; marcescunt vitia vniuersa: Expulsione vitiorum virtutes fructificant, atque succrescant. Pullulatione virtutis puritas cordis acquisitur. Puritate cordis Apostolica charitatis perfectio possidetur.] Sed plures sunt hi gradus, quam optaueram, & nondum desiderio perfectionis excitato, minimè tot & tam difficiles gradus ascendo. Audi ergo ex Bernardo pauciores. Duo sunt, ait, in operatione, quæ nobis Deum auferunt, flagitia scilicet, & facinora. Flagitia dicimus, scilicet, que in nobis; facinora, quæ in proximos peccando committimus. Item sunt duo, quæ Deum reddunt, continentia & benevolentia: ut scilicet ex contraria contraria curentur. Hinc enim scriptum est: Sicut exhibuitis membra vestra seruire immunditiae, & iniuriant ad iniuriam, ita & nunc exhibete ea feruire iustitiae, in sanctificationem.] Iстis quatuor generibus operum à Bernardo luculentè expositis, ex desideriis ardenteribus exortis, ad tuæ animæ perfectionem cooperaberis. Ut autem tam

desideria

Psal. 38.

Ambr. in  
Psal. Lin  
illud, Bea  
sue vir.

Gen. 2.8.

Cafli. 4.  
de iust. c.  
volum.  
Proth. 9.  
Psa. III.Bern. Jer.  
s. de Aff.

Rom. 6.

desideria, quā opera perseverent, & in dies magis ac magis augentur, ut prudens Martha, atque sollicita, Mariæ sororis auxilium efflagita. Clarius dico: ut desideria crescent, & bona opera perseverent, uttraque sollicito studio orationis coadiuua. Hæc enim, quæ quodam modo ad genus operum, & quodam modo ad genus desideriorum pertinet, & mentem in operibus bonis confirmat, & desideria ipsa quotidie magis inflamat. En duo ligna, quibus ignis veri & perfecti amoris accenditur, quo cibus animæ conditatur. Nam si illa vidua Eliæ pro buccella panis sollicitata respondit: Non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farina in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, ut ingrediar & faciam illum mihi, & filio meo, ut comedamus & moriamur; ] mysterium involuit, eius, quod nos facere debemus, ut in hac vita sustentemur. Si enim non habemus panem, nempe virtutem perfectam, quæ nos vtrumque reficiat, colligamus duo ligna, alterum boni desiderij, alterum boni operis, quibus ignem fervoris & devotionis excitemus. Hoc igne ita oleum diuinæ gratiæ, & farinulam nostræ industriae satis modicam conditamus, & vnum oleatum panem coquemus, ut nō nobis solis, & filio nostro, scilicet spiritui, sed etiam propheta sufficiat. Christus namque redemptor noster in Eliæ figuratus, hoc etiam pane spiritualis vita reficitur: Qui dicturus est iis, qui ad dexteram eius erunt, & ad regnum sunt admittendi, Esuriri, & dedistis mihi manducare, venire & possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. ] Itso etiam pane comedemus, & moriemur; quia eius gustu à rerum sacerdarium amore auuli, moriemur saeculo, ut Deo, & iustitia vivamus. Sed nunc omisissis bonis operibus, quæ ad perfectionem necessaria sunt, de primo ligno, scilicet de perfectionis desiderio disseramus.

*Concipiendum esse nobis perfectionis  
desiderium.*

CAPUT III.

**A**CILLIMVM cuique videbitur desideria perfectionis concipere, & ad sanctitatem cordis affectibus aspirare. Ea namque est humana voluntatis natura, ut velut præceps in bonum, ac pulchrum feratur, præsertim si bonum ipsi cupient, ac possibile existimetur. Quid autem perfectionis melius, quid sanctitatem pulchritus, atque formosus, quam nobis peruviam esse maiorum nostrorum, qui nos Christo generunt, hominum scilicet imbecilliorum exempla declarant? Voluntas ergo prona erit in perfectionis desideriū, quod non solum facile, sed & iucundè, & gratianter elicit. Accedit ad hoc, quod perfectionis difficultas, non in affectu, aut desiderio, sed in opere videtur esse sita: Neque enim difficile est oculos in munitissimam & altissimam arcem attollere, sed admodum difficile, compedes, & catenas, quibus aliquis est ligatus, abrumperet, & per loca inuia atque prætruppa, pedibus & manibus reprendat, ad arcem properare. Non est difficile optare victoriā, quam nō tantum tyrones milites, verum & vilis agaonum turba, quæ manet ad sarcinas, impensè solet percupere, sed difficillimum hostes animosos, & robustos, & fortiter pugnantes, deicere. Ita nulla appetit difficultas in hoc, quod sublimissimam perfectionis arcem oculis affectuum lustremus, & omnium hostium vitæ spiritualis, ac nostri proterui cordis victoriā cupiamus,

A fed difficultatem habebit, & quidem magnam, opus ipsum, quo nos, & aduersarios vincimus, & à vilitate carnalis vita in altitudinem perfectæ & sanctæ mentis ascendimus. Quare supervacuum videtur desiderij perfectionis mentionem facere, & ad ipsum concipiendum velle religiosam animam incitare.

Fateor hoc ita esse, si humana natura integræ fortis, & sana persistet; ut tot vitorum affecta morbis, tot peccatorum operæ tenebris, tot affectuum immoderatorum consumpta doloribus, non est illi facile hoc perfectionis bonum aspicere, & illius desiderii incitari. Sicut enim homo dolorum violentia cruciatus, & vicerum tabe corosus, vix potest nisi suam miseram sortem cogitare: sic impurus animus, vitorum & desideriorum carnalium agitatio ne compeditus, sui puritatem, aut cogitare, ut oportet, aut optare non valeret. Imò si atterius inspiciamus, animus peccatis irretitus, inceptio est morbido ad perfectionem optandam, quoniam huic sui dolores, & sua vlcera displicant, & displicantia, ac detestatio dolorum, ad querendum remedium sollicitat; peccatori vero sua vulnera placent, que complacentia, ac vitorum amor, ad persistendum in eis, & nihil aliud, nisi quod vitiis seruat, cupiendum, impellit. Non itaque incepti corda vitorum spiritualium, vel ut apertis loquuntur, qui statum religiosum hahent, & vitam spiritualē professi sunt, ad perfectionis desiderium excitamus, ut si adhuc reliqua morborum antiquorum manent, quibus in saeculo agrotabant, & famem ac siti tam suauissimi cibi præpediunt, aliquibus remediiis eam accure, & excitare conentur. In quo Paulum sequimur; qui non tantum in illis, verum in omnibus quoque fidelibus hoc perfectionis desiderium accedit. Si confurrexisti cum Christo, ait, quæ sursum sunt quartæ, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapientia, non quæ super terram. ] Si hæc omnibus fidelibus dicta sunt, quæ magis his, qui pro sui status ratione, & pro beneficiorum onere, quibus ditati sunt, quæ sursum manent, querere debuerant? Hunc ergo Apostoli sermonem sibi dictum intelligent, & ad se præcipue spectare cogitent, ut si cum Christo noua quadam, & peculiari ratione surrexerunt, quatenus mortem omnis peccati, & agititudines sacerdatis conversatio nis vitarunt, current desiderii suis omne vile, & caducum abicere, & ad vitam cœlestem, & perfectam contendere. Vbi Christus est, inquit, ibi desideria vestra subuehite: nihil nisi quod ad Christum ducat, & vos Christo coniungat, in hoc saeculo nequam cupiatis, ita fieri, ut & saeculi miseras, & pericula, euadatis, atque ex illo veluti ex laqueo liberi, & securi in celum euolatis.

E Imitemur nunc Paulum, atque in nobis in etiis, sed & in omnibus ista legentibus, nonnullis rationibus propositis, istud perfectionis desiderium extenuimus. Vna vero, & satis efficax ex ipsis nostræ naturæ conditione petatur. Homo enim imago Dei est, ad hoc conditus, ut Deum operibus suis ac desideriis glorificet, cuius præcipua pars, nempe spiritus, minus præcipua, scilicet caro, subiecta est, ut quam Deus in toto orbe, spiritus in sua carne potestatem exercat. Quod & in ipso Apostolo videbimus expressum, si tantum corticē literæ reliquias. Vir, inquit, non debet velare caput suum; quoniam imago & gloria Dei est. Mulier autem gloriae virtus est. Ideo debet mulier <sup>volumen</sup> potestatē habere super caput proprios angelos. ] Ac si dicaret: Spiritus, qui est imago Dei, & ad eius gloriam manifestandam creatus, tam puras cogitationes, & tam excellē desideria habeat, capitum nomine designata, ut nequaquam ea aliquo

Colleg. 3.

I. Cor. 11.

velamine erubescientia cooperiat. Cato autem, quæ data est spiritui, non in cōfūsionem, sed in gloriam, vt in ea viuens opera gloria digna perficiat, sit i-mago, & gloria spiritus, vt ei quantum terrestris na-tura patitur, se ipsam assimiletur. Et velamen capitii superimponat, vt quasi iugum, indicium sit subiectionis ad virum, nimurum ad spiritum: & si quem motum spiritui repugnantem aduerterit, hoc subiectionis velamine, tamquam potestate comprimat, & quod erubescientia dignum est, decenter operiet. Hec itaque est conditio naturæ nostræ, vt spiritus, quo constamus, sit imago Dei, & caro, quantum eius crassitatis fert, sit imago spiritus, non quia pro-priam naturam deserat, sed quia tamquam bonus seruus spiritui pareat, & eius proprietates induat. Est autem spiritus noster imago Dei non mortua, sed viua: non quæ aliquibus lineamentis externis, Deum exprimat, quippe qui est infigurabilis, & ipse spiritus corporalibus lineamentis caret, sed quæ substantia sua & proprietatibus naturalibus Deo similis fiat. Nam, vt philosophatur Ambrosius, sicut Deus totus ubique est, & omnia viuiscat, mouet, arque gubernat: ita anima nostra in toto cor-pore, & in qualibet eius parte tota est, cui & vitam, & sensum, & metum, & regimen tribuit. Ille cogni-tionis est & liberis arbitriis capax: hac cognitione, & libero arbitrio pollet, quorum altero vniuersa præterita, præsentia, & futura perlustrat: altero vero scipsum, vt liber, in bonam sive in malam partem inflectit. Ille vnius substantiaz, & naturæ cum sit, trinus etiam personis est, quæ reuera sunt inter fe-distinctæ: Hec autem in una substantia simplici tres habet vires, memoriam, intelligentiam & voluntatem, quæ ab ipsa substantia vniuersitatem, & simplicitatem non admittunt. Hec igitur animæ, seu spiritus nostri natura sanctarum cogitationum, & deside-riorum nos admonet; vt sicut Deus, cuius imago sumus, se ipsum semper cogitat: & omnia creata non extra ipsum, sed in semetipso cognoscit: & ipsum semper amat, & vniuersa se condita in se, & propter semetipsum amat: ita & nos Deum sem-per internis oculis aspicimus, & nos, & reliqua omnia in ipso sublistero cognoscimus: Deum quo-que semper sicutiamus, & ei vita perfecta adhærente cupiamus, ac nos, & parentes, & cognatos, & ami-cos, & reliqua vniuersa in ipso, & propter ipsum amemus. Nam si alia sit nostra vita, si alio nostra cogitationes abeant, si ad vana & inania nostra desideria defluant, certè monstri & portentis similes sumus. Nonne monstrum est leo lepusculo inuidior, pardus torpedine tardior, aquila obscurior noctua, & oculis imbecillior? Nos infâlices, qui audiuiimus. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes;] & scimus non esse Dei imagines, & tamen à Deo degenemus, & monstra natura aut peccati sumus. Si enim ille est Léone, imò & omni potestate in infinitum fortior, nos dij, & filij excelsi sumus lepusculus imbecilliores, qui ad folij motum trepidamus, & nihil magnum pro eius honore, qui tam magna pro nobis fecit, aggredimur. Ille non dico iam pardo sed ipso Sole patre astrorum agilior, qui sine vlo mortu ita velociter currit, vt etiam peccatoribus longè à se positis, sine villa cunctatione prouideat; & nos ipsa legnitie tardiores, qui numquam in perfectionem proferamus, imò more torpedinum malis exemplis nostris alios à cursu retardamus, & in rebus vanis & perituri heremus. Ille in videndo aquila efficacior, & omni sapientia sapien-tior, qui vno intuitu vniuersa perlustrat: nos vero eius imagines oculis capti, quos amores innumeræ

A bilium vilitatum dementant, & quasi albugo, com-modorum huius sæculi affectus excavant. Fugiat homo tantam ignominiam, & nobilissima creatura diuina similitudinis, id est, perfectionis desideria concipiatur. Homo quippe non tantum ad imaginem, sed ad similitudinem Dei factus est; vt quemadmodum ille, ait Ambrosius, est caritas, est bonus, & iustus, patiens, atque mitis, mundus, & misericors, sic & homo his omnibus virtutibus vestitur, & dum illis caret, ardenter eorum desiderii inflammetur.

B Vidimus quo pacto ipsa natura viri, id est, spiri-tus nos desideriis perfectionis, & virtutis admoneat, audiamus nunc quomodo natura mulieris, id est, carnis, à nobis eadem desideria depositat. Nec istud mirum videatur, quia si ipsa imago, & gloria viri est, & ei in auxilium data, non est ratione contrarium, vt aliquo saltem sui nos ad amorem, & desiderium sanctitatis accendat. Carnem nunc cor-pus nostrum voco, quod ex carne, & ossibus, & neruis coagmentatum est, & figura rectum effectum, vt figura ipsa nostra, & facies in cælum portrecta nos ad sublimes cogitationes, & affectus celestes instiget. Hoc enim corporis nostri figuram rectam postulare, nemo est qui nesciat, nullus penè est scrip-tor rerum diuinorum, qui non dicat: & Bernardus iater alios hac fere oratione declarat. Quamquam & corporis staturam dedit homini Deus rectam, forsitan ut ipsa corporea exterioris viliorsque re-ctitudine figimenti, hominem interiorem illum, qui ad imaginem Dei factus est, spiritualis sua seruan-da rectitudinis admoneret, & decor limi deformi-tatem argueret animi. Quid enim indecentius, quam curuam recto corpore gerere animum? peruersa res est, & fœda, luteum vas, quod est corpus de ter-ra, oculos habere sursum, cælos libere suspicere, calorūq[ue] luminaribus oblectare aspectus: spiritualem vero celestemque creaturam suos ē con-trario oculos, id est, internos sensus, arque affectus trahere in terram deorsum, & quæ debuit nutriti in crocibus, hærente luto, tamquam vnam de subibus, amplexarique stercore. Erubet anima mea ( ait cor-pus) in mei consideratione. Creata similis creanti-recta, me quoque acceperisti adiutorium simile tibi, utique secundum lineamenta corporeæ rectitudi-nis. Quocumque te vertas, sive ad Deum sursum, sive ad me deorsum ( nemo siquidem carnem suam vñquam odio habuit, ubique pro statu tua dignitatis, habes de magisterio sapientia familiarem admonitionem. Me ergo meam ( quam tu gratia accepi) terri-nente, & seruante prærogatiuam, tu quomodo non confunderis amississe tuam? Cur suam in te conditor inuentur abolitam similitudinem, cum tuam in me tibi conferueris, afflueisque representet? Iam o-mine adiutorium, quod tibi ex me debebatur, vertisti tibi in confusionem: abuteris obsequio meo, indi-gnè humanum corpus inhabitas brutus, & bestialis spiritus.] Hæc Bernardus. Quorum serie, & corpo-ream rectitudinem, nos ad mentis rectitudinem in-stigare conspiciimus, & quam ignominiosum sit in recto corpore, animam gestare terrenam, & deside-riis secularibus curvam, non obsecrè coniectamus. In quo si non naturam, at dignitatem mentis amittimus, quam, vt præsideret rebus corporeis, factam, turpiter obsequis steroris lutique subiicimus. Tranquillitatem quoque naturæ rationalis pessi-mamus, quia ( vt est in Salomon) solumente hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit questionibus. ] Quot enim

Amb. lib.  
de dig. cō  
ditonis  
hum. e. 2.

D. Tho. 1.  
p. q. 14.  
art. 5.

Psal. 81.

Gen. 1.  
Amb.  
supra.

Bernard.  
serm. 2.4.  
in car.

Ephes. 5

Eccles. 7.

Luc. 13.

Gregor.  
hom. 31.  
in Euag.

Luc. 13.

Matt. 7.

Plato.

Greg. j.  
mor. ca. 35.

enim desideria vana fouemus, tot laqueis, & perturbationibus impedimus, quæ nos sedant, & internam mētis requiem enervant. Illa profecta mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec poterat omnino sursum respicere curuacionem animæ, quæ terrenis inhæret] manifestè designat. Nam spiritus iste infirmitatis (quo nomine nescio, an scriptura alibi mortuum corporalem vocauerit) qui fœminam inclinabat, terrenarum est cogitationum & desideriorum indicium. Quibus homo cœlestia non respicit, sed staruit oculos suos declinare in terram, & caducum rerum amorem vilescit. Quare Gregorius ait hunc eundem locum scripturæ tractans: Omnis peccator terrena cogitans, cœlestia non requirens, sursum respicere non valer: quia dum desideria inferiora sequitur, à mentis sua rectitudine curuatur, & hoc semper vider, quod sine cessatione cogitat. Ad corda vestra fratres charissimi redite, quid horis omnibus in cogitationibus vestris volvatis, semper aspiceret. Alius de honoribus, aliis de pecuniis, aliis de prædiorum ambitu cogitat. Hæc omnia in uno sunt, & quando mens talibus implicatur, ab status sui rectitudine flectitur. Et quia ad cœlestes desiderium non assurgit: quasi mulier inclinata sursum respicere nequaquam potest.] In firma illa fœmina, & corpore curva, tanta incolumitatis cupiditate tenebatur, ut suæ carnis medicum quereret; & nos mente agroci, & spiritu curui, & vauis desideriis ad terram inclinati, cum medicum non querimus? cur non ad eius pedes prouoluimus? cur non rogamus, ac postulamus, ut dicat nobis: Mulier, id est, mens miserabilis & infirma, dimissa es ab infirmitate tua. ] Si ipse dixerit, proculdubio infirmitas nos dimitteret, & desideria terrena deserent; vnum verò perfectionis desiderium occupabit, quo mens nostra in corpore recto recta erit, & sicut corporeis luminibus, ita & spiritualibus oculis cœlum aspiciet.

Aliud autem est in corpore nostro, quod mentem ad desideria perfectionis inquit. Nam si arborum nomine designamur, secundum illud: Non potest arbor bona malos fructos facere, nec arbor mala bonos fructos facere: ] vertex capillis opertus radicis figuram, corpus trunci, & pedes ac brachia ramorum rationem habent. Quare sicut ab animalibus corporis dispositione distinguuntur, quod illa terram, ut pabulo ventrique deferuant, nos verò cœlum, ut cœlestibus inhæremus, aspicimus: ita etiam à plantis arboribusque secernuntur, quod illæ deorum radices agant, nos autem sursum radices mittamus, ut è cœlo succum, quo nobis viuendum est, si non naturaliter attrahamus, at orationibus & desideriis impetreremus. Quare non insulæ philosophus ille, qui diuinum nomen accepit, homini arboris inuersa nuncupationem indidit, quod, contra naturam arborum, non fixus in terra hæreat, sed caput cœlo proximum, & veluti ab eo enatum, versus terram insurgat. Si ergo radices arborum, ut placuit Gregorio, cogitationes, & desideria significant, quid est hominis formam radices sursum, & veluti in cœlo habere defixas, nisi animam admovere, ut cogitationes, ac desideria sua in res cœlestes abigat, & à terrenis caducisque diuellat? Ecce, ô homo, quo pacto omne quod in te est, ad desideria perfectionis mittit, & ad concupiscentiam virtutis impellit; & anima, ac corpus, atque ipsa corporis dispositio à te non amore terrenorum, sed rerum supernarum desideria deposita. Tuæ itaque naturæ, tuæ figuræ, & loco, in quo satus, & plantatus

A es, sine villa mora responde, ut sis arbor bona, quæ post bonorum desideriorum flores, etiam fructus bonorum operum ferias. Atque utinam nos, ut verbis Ambroſij utr, fecundarem vsum arborum possimus imitari, meritique crescentibus, longâe humilitatis radice fundati, sublimes ab humo, decori ad speciem, adultos fructuorum operum vertices erigamus, ne Euangelici lecuris agricolæ trunci radicem sylvestris excidat. Væ enim mihi est, si non euangelizauero. ] Sed vox ista Apostolica est. Væ mihi est, si non peccata defleuero. Væ mihi est, si non media nocte surrexero ad confitendum tibi. Væ mihi, si dolum proximo ieo fecero. Væ, si locutus non fuerit veritatem. Ad radicem securis est positæ; faciat fructum, qui potest, gratia; qui debet, penitentia. ] Sed ego codem Scriptura loco non iam timoris, sed amoris, & gratitudinis affectu me moueo. Iam securis ad radicem arboris positæ est. ] Iam verbum Dei (quod Hieronymus nomine securis intelligit) sive inspiratio diuina, radices mearum cogitationum & desideriorum pulsat, ut tandem me à mundo succidat, & ad optanda cœlestia suadeat. Iam nescit me à mundo diuellere, ut Christo per imitationem inferat, & fructus suaves, non veteris Adæ, à quo excusus sum, sed novi hominis Christi, cui sum insertus, tum communi omnium fidelium ratione per fidem, tum speciali per religiosam vocationem, tamquam ex feraci arbore colligat. Ut quid anticipi gladio resisto? quare me excindi & euelli à rebus mundanis non sano? quare magis fructus mortis, quam fructus vita ferre sustineo? Si hucusque obdurui, & rebus terrenis adhæsi, ne ab illis amore distelleret, reliquum est, ut prudentior factus emolliat, & ab eorum brachis aufugiam, ut possim veram virtutem concupiscere. Hæc enim concupiscentia est origo omnium bonorum: quia scriptum est: Concupiscentia sapientie deducit ad regnum perpetuum. ] Et alio loco: Desiderium iustorum omne bonum. ] Nullum autem malum erit iis, qui omne bonum attinguntur: & nullum ex desiderabilibus bonis regno perpetuo iustis parato deficiet.

Sed illud deinde in eorū nostrū perfectionis desiderium inuehat, quod hæc margarita pulchra, atque pretiosa, desideria, gemitibus, & lacrymis eius causa profus acquiritur. Ideo legimus in Proverbii: Quod timet impius, veniet super eum: desiderium suum iustis dabitur. ] Sæpe enim Dominus peccatores malorum timore conturbat, ut saltem tamquam mancipia, quæ solū timere noverunt, malii imminentis metu ab iniuriate se subtrahant. Si verò nullo modo voci Dei eos terrentis obediant, mala pœna sentiunt, quæ culpæ merentur, & quæ vita emendatione vitare debuerant. At iustos viros, qui iam peccatis, & vitis renunciant, desiderio virtutis accedit, ut quam mentis puritatem optauerant, post ardenter desideria Domini liberalitate percipient. Farentur quidem illi hoc verum esse, & quia quod concupierant, datum est eis, cum aiunt: Optau, & datus est mihi sensus: & inuocau, & venit in me spiritus sapientie. ] Nam sensus est cognitione efficax, quia vitiorum fidelitatem, & virtutum decorum agnoscunt: & spiritus sapientie est, quo virtutis suavitatem, cordis seu mentis palato prægustant. Hanc verò desiderium attulit, quoniam Dominus non in malum, sicut filii Israhel carnes poscentibus, sed in bonum sicut bona desiderantibus, desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo. ] Quantu verò referat desiderium istud perfectionis ad eam obtinendam, atque ad

Ambroſ.  
lib. 2. in  
Lucam  
ad c. 3.

1. Cor. 9.

Matth. 3.  
Hieron.  
lib. 1. in  
Matth. ad  
cap. 3.Sap. 6.  
Prou. 11.

Prou. 10.

Sap. 7.

Psal. 77.

*Infin.  
l. de disc.  
& perf.  
monach.  
con. coll.*

*Philip. 3.*

*Luc. 1.*

*Basil. m.  
Pf. 144.*

*Exod. 14.*

*Dan. 3.*

perpetuam vitam asequendam Laurentius Insti-  
tutianus non tacuit: Quicunque, ait, illius superna  
vita deliciis, dimitiis, honoribusque abundare des-  
iderat, donec in carne viuit, quoniam operari licet,  
virtutum semina spargere non desistat, ut merito-  
rum manipulos in hortis ecclesis valem aggre-  
gare. Semper proficer studeat: qualiter in via Dei  
crescere possit, assiduè meditetur. Et numquam era-  
diciari de se permittat perfectionis desiderium: quin  
potius quantumcumque profecerit, quamvis pluri-  
mis virtutibus locupletatus extiterit, continuè cum  
Apostolo dicat: Ego me non arbitror comprehen-  
disse. ] Atque ex his astutus amoris prouocatus  
stimulis semper maiora appetat dona, & meliora  
spiritus charis in concupiscentia. ] Desideria itaque  
magni momenti sunt ad perfectionem asequen-  
dam; ex quo misera oscitantia non cupientiam eam  
manifestè colligitur. Quis enim facultatis si desideriis  
opes acquireret, si petitionibus honores obti-  
neret, si concupiscentia voluptates emeret, non pe-  
teret, non desideraret, non concupisceret? At quique  
nostrum desideriis perfectionis eximiam dignitatem obtinet, & hoc maximum bonum omnia  
animæ bona comprehensio asequitur; quia Domi-  
nus postulantes audit, cupientes implet, nam  
eluctentes implevit bonis, ] & gementium misere-  
tur. Quare ergo non perfectionem cupimus, qua-  
re non obnoxie postulabimus, ut tam facilis reme-  
diantum bonum possideamus. Si vero nobis difficilis  
est gemitus, & ardua, aut onerosa postulatio,  
quia adeo sordida morbo succubimus, ut non sit  
penè vox, neque sensus, neque aliquid dicere, nec  
dum clamare possumus, at falem desideremus; quia  
coram Domino desideriū, vocis & clamoris vicem  
supplet. An non audis, inquit Basilis, quemadmodum  
Moses nihil loquens, sed Dominum interpellans,  
suspiriis nulla voce expressis; ex ipso audiuerit  
dicente: Quid clamas ad me? ] Nouit item Deus  
sanguinem audire iustorum, cui nec lingua adsit,  
nec vox aërem penetrans. ] Sicut itaque Moses de-  
sideria; ita & capientium vitæ puritatem desideria  
exaudiet, & apud illū non minus desiderium viuum  
& efficax, quam sanguis vita carens, & in terram ef-  
fusus clamabit. Hic enim ideo clamat, quia desideriū  
animæ vitionem postulantis vociferatur. Ergo  
ipsum desiderium est vox, qua aures Dei pulsat, &  
cot eius benignissimum ad dandum sollicitat.

Si autem post multa perfectionis desideria, post  
assiduas orationes, & gemitus, ad perfectionis am-  
plexum venire nequiuimus, non deponamus animum, nec de Deo diffidamus; nec ab orationibus,  
& desideriis cessemus, quia quod haec tenus negatum  
est nobis, aliquando dabitur, & in desiderio, ac oratione  
persistenter concedetur. Profectò etiam si in hac  
vita nunquam ad concupitum mentis sanctitatem  
ascendamus, at desideria nostra non erunt  
inanis, nec inutilia; quoniam à conspectu eius, qui  
desideria nouit persolue, & magnis præmiis cu-  
mulare, nullo modo sine mercede discedent. Et  
quomodo sine præmio discedent, quæ bona sunt,  
qua à diuina gratia profecta, quæ, si amplius non  
possumus, pro ipso opere reputantur, & operis mer-  
cede non caret? Sciebat hoc Daniel, qui à Iero-  
lymo Babylonem in captiuitatem abducens, orationes  
suas, & gemitus, & suspiria, quæ offerre poter-  
at, pro sacrificiis, & holocaustis, quæ offerre non po-  
terat, acceptari confidenter efflagitata. Non est, ait,  
Domine in tempore hoc princeps, & dux, & pro-  
pheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque  
oblationem, neque incensum, neque locus primiaturum

A coram te, ut possimus inuenire misericordiam tuam:  
sed in animo contrito, & spiritu humiliatis susci-  
piamur. Sicut in holocausto arietum, & taurorum,  
& sicut in milibus agnorum pinguium: sic fiat sacri-  
ficiū nostrū in conspectu tuo hodie, ut placeat  
tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te.]  
Quid est: Sic fiat sacrificium nostrū? nisi quia non  
adest nobis facultas sacrificia litandi, oratio ac de-  
siderium nostrum pro sacrificiis & holocaustis ad-  
mittantur. Sciebat hoc David, qui & ipse à sancta  
ciuitate, & à loco sacrificiorum exultans orat, & di-  
cit: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspec-  
tu tuo, elevatio manuum mearum sacrificium ve-  
spertinum. ] Ac si dixisset, tu Domine, qui cordium  
es inspector, & acceptor, & desideria pro operibus  
recipis, quando absit facultas operandi, has oratio-  
nes, & haec desideria mea in locum suffitum incensi,  
ac sacrificiorum admittit, quæ tibi, si possibilis  
adesset, magna cordis deuotione litasset. Et quid  
aliud sibi vult illa eiusdem regis sententia pro in-  
uiolabili lege in regno Israels deinceps admissa:  
æqua pars erit descendenter ad prælium, & reman-  
tientis ad sarcinas, & similiiter diuident, ] nisi virtu-  
tem bona voluntatis propalare? Qui enim voluer-  
unt cum hostibus dimicare, & iussione principis  
prohibiti sunt, ne sarcinæ absque custodia manen-  
tent, desideria pro pugna, & periculo, & vulneribus  
offerentes, spoliorum partem non amitterent. Equi-  
dem scio desideria mala pro iniquis operibus ha-  
beris; & admittentes ea, tamquam reos operis iniqui  
damnari: dicente Domino: Ego autem dico vobis,  
quia omnis, qui viderit mulierem ad concupis-  
cendum eam, iam incechatus est eam in corde suo.] Si  
hoc ita est, quare desideria bona non pro operibus  
bonis ille reputabit, qui licet iustus sit ad puniendū,  
largior tamen & profusior est ad præmian-  
dum? Cupiamus itaque virtutes omnes, cupiamus  
mentis nostræ puritatem, desideremus charitatis  
perfectionem, quæ nobis omnino imperat, quæ affe-  
ctus nostros perfectè domet, sensus comprimat, & in  
omnibus, quæ acciderint, diuinæ voluntati subiiciat:  
atque ex his desideriis, quicquid diuina gratia  
adiuante, facere potuerimus, diligenter faciamus,  
quia haec efficacia desideria vicem operum gerent,  
& quod impossibilitas operationis ademerit, bona  
voluntas ardens desideris impetrat. Haec est, qua  
mirum in modum ad augmentum virtutis proficit,  
qua homo spiritualis effectus; quo magis desideria  
auger, amplius & celerius ascendiit. Vnde Hugo aī-  
de eo, qui post consumptiōnē peccati ad contem-  
plationem subleuator. Conatur, festinat, ascendiit,  
crescit per desiderium. Et quemadmodum virgula  
fumi quanto magis fumum tollit, tanto amplius  
extenuatur: ita cœlestibus appropinquans, & omnem  
terrena concupiscentia nebulam euaporans, totus  
spiritualis efficitur. ] Concipiamus iam perfectionis  
desideria, & omnium terrenorum concupiscentiam  
reiciamus, ut & mens nostra suo sit creatori similis,  
& non indigne corpus pulchrum, & in celum ere-  
ctum inhabiter. Radices spirituales nostræ è celo  
vnde viuunt, inde humorem ad viendum, & cre-  
scendum exfluant. Desideria enim pro facultate  
nobis sunt data, quibus vitam perfectam attrahamus,  
& à benignitate conditoris imperemus: Qui  
desideriorum vocibus excitatur, ut sauum mare af-  
fectuum humanorum compescat, & periclitantes  
primùm in miram quamdam tranquillitatem, & post-  
modum in portum perfectionis adducat.

Pf. 148.

Reg. 30.

Math. 5.

Hugo lib.  
3. de arca  
moralis c.  
7.

Hoc

Hoc perfectionis desiderium magnum  
esse debere.

## CAPVT IIII.

Cant. 5.

Iob. 3.

Greg. 5.  
morm. 6.4.4.

Psal. 41.

**R**E s magna, & obtentu difficile, qua non communilabore, nec ordinaria diligentia, sed insolita industria & eximis conatus, acquiruntur, ardentissimi desiderii optanda sunt, qua homines rerum optimarum cupidos, in laborum tolerancia confitunt, & difficultates, adceptioni eius, quod cupiunt obsidentes, evincant. Nam tepida & infirma desideria, quilibet insurgens difficultas extinguit, & mentem non ardenter cupiunt quodvis obstatulum, quasi hostis fortior, robustiusque prosternit. Quod sponsa aliquando non tam amore, quam repore languens, est non sine detimento purissima voluptris experta, qua ab sposo ad solitas delicias euocata, ne ad eum excipendum affligeret, nefcio quam indumenti, & munditiæ difficultatem obtendit. Expoliaui me tunica mea, dixit, quomodo induat illa laui pedes meos, quomodo inquinabo illos. ] Tunc forte pigritia languebat, qua tam facilis difficultate superata, sposo aditum denegauit, vt ille quasi rubore suffusus declinaret atque transiret, & non sine ipius sponsa opprobriis, atque vulneribus pateretur se iterum inueniri. Cum ergo perfectio animæ res magna sit, & summis difficultatibus inuoluta, robustisque hostibus cincta, qua iter ad eam obtinendam impediunt; magnis & incenarrabilibus desideriis optanda est, qua nos faciant intrepide hostes adorari, & omnia impedimenta se opponentia superare. Talia sint oportet, qua non dormitantes excitant, oblitos ad memoriam reuocent, & in alia distractos colligant, & ad solam perfectionem querendam quotidie magis, magisque sollicitent. Talia certè, qua in alia re, quam in virtutis officiis, nos requiem inuenire non linquit, qua nos singulis momentis ignaviae reprehendant, qua ad sanctam quandam impatiemtiam adiungit, quia Deum diligenter non querimus, & post sponsum velocius non currimus, & quia nec dum illuam perfecti amoris brachis astragum, ligatumque tenemus. Talia denique sint ista desideria, qua ad feruentissimas postulationes mouant, qua ad largam profusionem lacrymarum provocant, & qua eximo pectori suspiria, gemitus & singultus eliciant. Perfectioni namque optimè congruit illud sancti Iob: Antequam comedam, suspiro, & quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus: quia perfectio talis, naturæ cibus est, vt lacrymis sit emendus, & gemitis, atque suspiris comparandus. Nisi enim anima suspiriet, non comedit, inquit Gregorius, quia qui se in hoc seculo per desiderium coelstium lamenta non humiliat, æterna patriæ gaudia non degustat. A veritatis enim pabulo ieiuni sunt, qui in hac peregrinationis inopia latentur. Suspirat autem, qui comedit, quia quos veritatis amor afficit, etiam refectio contemplationis pascit. Suspirans propheta comedebat, cum diceret: Fuerunt mihi lacrymae meæ panes. ] Luctu enim suo anima pascitur, cum ad superna gaudia flendo subblevatur: & intus quidem doloris sui gemitum tolerat, sed eo refectio pabulum percipit, quo vis amoris per lacrymas emanat. ] Hæc desideria non tepida, & infima, sed ardenta, atque robusta, qua difficultates superant, qua animam lacrymis, gemitibusque conficiant, solent diuinum pectus expun-

Agnare, & eam ad perfectionis fastigium subuehere. In cuius signum Elias, vt in ostio speluncæ Dominum transeuntem aspicere, operuit vultum suum pallio, & ut oculos mentis aperiret, oculos corporis clausit, & oportamento contextit. Quidnam est hoc? Profectò, quod illi Dominus se benignus ostendit, & sanctis dono illum afficit, qui per mundi contemptum oculos suos rebus visibilibus claudit, & se intra seipsum colligit, vt Dei amor & desiderii intendat. Nec loquendi modus te prætereat, quia idem est Deum ardenter desiderare, ac desiderii magnis perfectionis insistere. Nam Deus est vera nostra perfectio, quem, cum per charitatem perfectam possidemus, & per vitæ integritatem imitamur, tunc sancti, & perfecti sumus.

Dominus quidem, vt nos ad perfectionem subuehat, hac magna, & insatiabilia desideria nostra, non ex nobis solis sed præcipue ex sua gratia profecta patienter expectat. Ideoque non tam perfectionis, & puritatis desiderium, quam ingentem famem, & inextinguibilem sitim ab eam assequunturis exposcit. Beati, inquit, qui esuriant, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. ] Iustitia enim hoc loco non speciale virutem, qua reddit unicuique, quod suum est, sed omnem virtutem, & omnem perfectionem significat. Quæ optimè iustitia nuncupatione insignitur; quoniam si bene eius natura intelligitur, semper iustitia operibus occupatur. Nam & Deo, & proximis, & sibi ipsi vir perfectus debitum tribuit, dum Deo amorem, & cultum, & proximis subsidium in eo quod potest, & bonum exemplum, & sibi ipsi nunc panem, id est, qua corpori necessaria sunt; nunc flagellum, hoc est, corporis afflictionem debitam reddit. Hac vero iustitia illi saturantur, qui non vacuunque illam cupiunt, sed fame & siti, scilicet magno & ardenti desiderio appetunt. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam, vt primum eam desideriis ardentissimis exoptemus, & postea diligenter & purissimis operibus implamus. Quod autem Dominus sub nomine famis, & sitis hec insatiabilia desideria requirat, vt animas nostras aliquando suauissimo cibo iustitia, id est, perfectionis exactet, docet in eundem locum Hieronymus, cuius haec est interpretatio. Non nobis sufficit velle iustitiam, nisi iustitia patiarum famem: vt sub hoc exemplo numquam nos satis iustos, sed semper esurire iustitiae opera intelligamus. ] Huius sanctissimi doctoris sententiam Simon de Cæsia, & ipse doctor pius, & in diuinis literis eruditus, & Spiritus sancti donis sati illuminatus, latius exposuit, dicens: Sed quid est esurire, & sitire iustitiam, nisi se insatiatum, & insatiabilem reddere ad omne, quod paratur ad regnum: ad corrugendum omne perperam factum: ad vindicandum in seipso delictum, & puniendum amare peccatum: ad rependum pro gratia, & debitam persoluenda; ad custodiendum immaculatè deposita, & ad perficiendum sine contradictione iuncta, & sine simulatione consulta, & ad patienter portandum quacumque nostra sensualitat contraria, nec non & semper tenere indecidenter moderamina vitæ, ac si qua interminata tormenta, & mortem intentatam prompè potius suscipere, quam ipsam iustitiam intermittere. ] Huic fami, & siti, id est, huic ardentissimo iustitia desiderio facetas iustitiae promissa est, & suam promissionem Deus implet, quia his desideriis ardentibus animam, ad perfectionem vocatam ad laborandum pro perfectione mouet, & post labores in thalamum puritatis admittit. Quis

3. Reg. 19.

Matth. 5.

Hierony.  
lib. 1. ih  
Matr. ad  
cap. 5.

Cæsia. li.  
10.6.7.

Gen. 29.

Bernard.  
serm. I.  
omni  
santi.

Psal. 106.

Psal. 61.

sanctum Patriarcham Iacob impulit, ut tam sollicito laboraret, & septem annis pro Rachele seruiret? Nonne ingens desiderium: quo pulchram virginem & sanctitatis imaginem deperibat? Denique teruit Iacob pro Rachel septem annis, & videbantur illi pauci dies praे amoris magnitudine.] Idem ergo desiderium nos ad laborandum pro sanctitate, & seruendū incitat, & quicquid pro ea consequenda passi fuerimus, parum; quidquid boni fecerimus, parum; quidquid pro ea reliquerimus, satis parum & momentaneum afficiet. Nam si ardens desiderium mundialis substantiae mercatorum ad laborandum exauit, & desiderium inanis & peritura gloria militem ad bellum accedit, quid non exauat, & accendat nos ardens desiderium perfectionis, in qua & veras diutinas, & puras delicias, & solidam gloriam, numquamque peritura reperimus? Qui esurit ergo, vt Bernar. ait, esurit amplius, & qui desiderat abundantius adhuc desideret; quoniam quantumcumque desiderare poterit, tantum est accepturus. Imò vero non secundum imperfectionem, modumque desiderij, quoniam donec perfectè habeat, perfectè desiderare non potest; sed nec & perfectè habere, donec perfectè desideret; sed mensuram accepturus est bona, & confortans, & coagitans, & superfluentem. ] Vide quo pacto Dominus non tantum desideris ad laborandum pro possessione perfectionis inuitat, sed etiam post ardentia desideria, post famem, & sitim, ipsum cibum & potum perfectionis subministrat, & (quod magis est) pro desiderij mensura communicat. Sicut enim in rerum natura nihil est vacuum, sed pro capacitatem loci, Deus illum aut aere, aut alio corpore replet: ita pro capacitatem anima, eam ipse Dominus augmento virtutis, & perfectionis implet. Capacitas autem anima non est aliqua extremitatum corporalium vacuitas, qua possit quod piam corpus continuere, sed famæ, & sitis, desideriumque iustitia. Accendatur istud desiderium, & quantum nobis fuerit possibile dilatetur, quia tantudem aut in principio, aut in medio, aut in fine vitæ recipiet. Promissio enim est Davidis, quam non ex suo corde, sed ex Domini voluntate fecit: Quia ipse Dominus faciat animam inanem, & animam esurientem faciat bonis. Non tam animam faciat, si perfectionis famæ ipsam perfectionis mensuram acceptram excederet. Sacieras enim non solum habet hominem sustentare, sed omnem etiam famem depellere. Fames vero & desiderium sanctitatis omnino non pellitur, si parum sanctitatis nobis conceditur, & amplius desideratur.

Hinc liquet quā seruidis desiderii perfectio exoptanda est, quā omnia alia rerum humanarum desideria, post se relinquunt, imò ex corde viri spiritualis expellant. Nam iustitia perfectionisque facetas non tepidis desideriis, quā etiam saeculares sanctorum vias legentes, aut audientes solent conceper, sed fami, & siti, id est, ardentis & efficacis desiderio promittitur. Quale autem est hoc desiderium, aut quomodo poterimus illud intelligere, ut illud possimus queritare? Tale profecto, quod nos faciat fieri, & pro asequitione perfectionis suspirare, & genere, & in magna contritione cordis animam nostram amore perfectionis exhaustam, in conspectu diuinæ maiestatis effundere. Ad quod nos hortatur David, dicens: Sperate in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda vestra; Deus adjutor noster in æternum.] Nam & ex spe misericordiæ diuinæ debent desideria perfectionis oriri quā nos faciant corda nostra in con-

A spectu conditoris effundere, ut eum tandem adiutorem, ad gemmam concupiram asequendam experiamur, & tanti boni possessione latemur. Tam ardens sit hoc desiderium, quod nos incitet, ut mediaad asequendam perfectionem ponamus, & sollicitè bonis operibus insudemus. Quā tamen opera numquam nos sicut, sed quā maiora fuerint, eò maiorem situm perfectionis exsuscitent. Audiamus unum sanctitatis desiderio astuantem, & semper pro ea laborantem, & post multos labores, & magnum profectum acquisitum, semper adhuc cupientem. Hic verò sit Bernardus ad eximiam sanctitatem euocatus, & in magistrum sanctitatis assumptus. En, ait, gratia Domini multis iam annis castè sobrieque vivere euro, lectioni infuso, referto vitiis, oratione incubito frequenter. Vigilo contra tentationes, recogito annos meos in amaritudine animæ meæ. Sine querela me arbitror, quantum in me est, conuersati inter fratres: superioribus potestibus subditus sum, egrediens & egrediens ad imperium senioris. Aliena non cupio, mea potius, & me patiter dedi. In sudore vultus mei comedo panem meum. Sed vt holocaustum meum pingue fiat, osculetur me osculo oris sui.] Desiderium his Bernardi verbis expressum, asequitione perfectionis impliebat. Qui primò astuat, & in flammigeris cordis motibus ardet. Deinde non in corde se continet, sed ad virtutis actiones, & illas magnas, & perfectas progreditur. Tandem nullo profectu, nulla vita emendatione quiescit, sed semper osculum appetit, confortum lponi suspirat, & perfectam charitatem exquirit.

C Hoc etiam illa amatrix Domini, à qua septem demonia ipse eiecerat, perspicue pulchredepinxit. Videns enim duos Angelos in albis sedentes, vbi possum fuisse corpus Iesu, ac si nihil vidisset, fletum non cohibet, neque villam Angelorum rationem habet, sed suspirat, & plorat, & iuxta sepulchrum sola, & desolata persistit, donec non iam Angelos videat, sed quem querebat Dominum Angelorum inueniat. Huic similis est anima (vt oportet) perfectionis cupida, quæ aliis abeuntibus, & in vana distractis, ipsa non abit, neque ad alia perfectionem impedientia distrahitur, sed locum vbi Dominus inueniendus est, sine villa intermissione circumdat. Quæ Angelos se consolantes videt, id est, virtutes, & virtutum actiones, non iam extra se positas, sed in sinu suo se consolantes, & lacrymas abstergentes reperit. Quæ bonorum operum & sanctissimorum laborum non multam rationem habet, quia non sola opera, sed datorem illorum donorum querit. Quæ decretum tunc solum à lacrimis & desideriis temperare, cum Dominum post huius vitæ terminum viderit, & putissimum osculum, atque amplexum felicitatis acceperit. Demum illud est desiderium perfectionis efficax, quod pro eius amore non tantum bona facit, sed etiam malaparit, & omnia impedimenta virtutis constantissime remouet. Ille enim perfectionem ardentiter desiderat, qui tepidos sibi insultantes, & de se detrahentes non audit, nec ob eorum irrisiones & sannas à cepto cursu defisit. Qui occupationes non necessarias, nec imperio superioris iniunctas, etiam si honorem & famam apud homines sint allatura, prudenter cauerit, ne meliora opera virtutis excludant. Qui corpore imbecillior factus, non propterea otio se tradit, & consuetas asperitates omitit, sed ipsum prudenti quodam feruore in negotio & labore sustentat. Qui inter medias difficultates sancta exercitia & continuare & promovere

Iom. 20

Cant. 2.

Bernard.  
serm. 9. in  
Cant.

curat.

Ephra. de  
abstinentia  
ab omni  
co*suetu*  
dine per  
niciose.

curat. Qui dæmonum obllatantium, & timoribus virtutis iter impeditium dolos agnoscit, & illos spernens semper ad anteriora & perfectiora se extendet. Is, ut par est, perfectionis est ardens amator, de hoc possumus dicere; quia perfectionem ardentem cupit, & efficaciam desiderat. Huius studium sanctus Ephrem optima comparatione delineat. Contemplatur, inquit, agricolas, hi enim terram ad aquantes seminant, & virescentibus terris solerter eas seruant, & volucres, ac quadrupedia inde arcentes: ne dum adhuc semen est tenerum, ac molle, à talibus euellatur, & nullius bona frugis reddatur. Et quando iam ad messem excreuerit, nec tum quidem cura, ac sollicitudine vacant, sed anxij hærent, ne forte grandine fruges concutiantur, aut locustæ messem denudent, aut ventus astuans fructum corrumptat. Vnde & assidue vota Deo nuncupant, supplicib[us]que Deum vocibus interpellant, vt saluos & innocuos ipsi Dominus suos fructus concedere dignetur. Tunc vero fructus in sua recondentes horrea, magnocum gaudio festum celebrant. Sic quoque & eos, qui spirituali vitam aggrediuntur, vigilare, & sobrios esse, ac diuini verbi fenen custodiare oportet: & à scopo diuini amoris non desistere, donec fructum Domino perfectum obtulerint, corp[us]; in tumulo reconditum fuerit. Tunc enim certus erit fructus, & in securitate multa, neq[ue] furto abtripi poterit amplius.] Et sapienter quidem, ut expertus virorum spiritualium curam & sollicitudinem cum agricolarum cura contulit, quoniam vita spiritualis quadam cultura animæ, quadam agricultatio est, qua terra spiritus nostri semen diuinæ inspirationis recipit, & arato mortificationis emollebit, & aqua celestis gratia rigatur, & reliquis spiritualis culturae ministeriis disponitur, vt ferax fructuum honorum affecta, nos in hac vita & in futura sustenter. Fructus vero, quos ex hac terra speramus, non corporis, sed ipsius animæ sustentationi deseruunt; non vnu pereunt, sed in æternum permanent: non vitam temporaneam, sed vitam numquam deseruam affuerant. Si ergo fructus vita mortalium tam ardentibus desideriis ab agricultis desiderantur, & tantis laboribus queruntur, fructus immortalis vita in perpetuum mansuri, quibus desideriis optandi sunt, quibus orationibus, & gemitis petendi, quibus laboribus queritandi, vt nos per æternitatem diuities faciant, & inter Angelos Dei, sanctosque recessant? Certe quantum distat anima à corpore, & opus virtutis à labore rurali, tantum desiderium & studium perfectionis desideria, & curas agricultorum, & omnium negotiatorum huius mundi debet excedere.

Hæc itaque ardentissima perfectionis desideria, vnum ex mediis ad consequendam perfectionem & illud efficacissimum existemus. Quia sententia philosophorum est, & illa verissima, desiderium, eum, qui desiderat, rei desiderata capacem reddere, & ad eam obtinendam, & capiendam aptare. Sicut enim materies, quam alteram compositi partem dicimus, medio appetitu formæ, quam sit, formam recipit, & iam non imperfecta & mutila, sed perfecta & pulchra formæ complexu subsistit: ita & anima medio appetitu & desiderio perfectionis hanc formosam formam sanctitatis amplectitur, cuius substantia, ac natura perficitur, cuius donis & virtutibus decoratur. Os meum aperiū, inquit sanctus David, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. ] Non de ore corporis loquitur, qui aërem corruptibilem haurit, ut vita corporali subueniat, sed de ore animæ, quod spiritum vitae attrahit, ut

Psal. 118.

A anima in perpetuum viuat. Quod autem est istud os animæ? Profecto non aliud, quam anima desiderium. Vnde & Paulus ait: Os nostrum patet ad vos ô Corinthij cor nostrum dilatatum est, ] ac si desiderium salutis eorum illis apertum, qui non angustabantur in corde Pauli magna illis cupientis, sed ipsi attrahuntur in visceribus suis. Si vero os animæ, est anima desiderium, tunc clausum est, quando parvum & exiguum est; tunc apertum est, quando magnum & ardens est. Aperuit igitur os suum David, cùm desiderium suum distendit & dilatavit, cùm illud accedit, & mandata Domini non perfundot, sed vehementer concupivit. Et tunc attrahit perfectionis spiritum, quo anima maculas natiuas abiecit, & seipsum sanctitatis decore perpoluit. Aperiamus itaque nos ora nostra, & desideria, segnitie clausa, ardore & furore dilatemos, & tunc spiritus perfectionis in animas nostras intrabit, & nos immensis muneribus decorabit, & cœlestibus donis expletet. Hic est spiritus vehemens, qui totam domum, id est corpus, & mentem componet, & conversatione spirituali replebit. Hic Spiritus sancti ignem secum adducet, qui intellectum illuminet, voluntatem accendat, & fortitudinem ad prædicandam veritatem infundat. Hunc perfectionis spiritum gustans anima clamat, Quam dulcia fauibus meis eloquia tua super mel ori meo.] Nam si mel palatum illinit, corp[us]que nutrit, Spiritus puritatis animam vivificat, & mira suavitate perfundit. Dicit etiam de sponte suo loquens: Guttur illius suauissimum & torus desiderabilis: ] quoniam ex ore Christi hanc dulcedinem & suavitatem accepit. Nónne matris solent cibum dentibus comminuere & ori infantorum ingerere, vt ipsi faciliter pappent, & ne pra alimenti duritia illud acceptare reculerent? ita Dominus, culis amor omnium matrum amorem & teneritudinem vincit, spiritum perfectionis, cibum quidem suauissimum, sed hominum hori duriusculum suo sanctissimo ore partiuit, vt illum homines ad vitam sustentandam deglirirent. Quid enim sunt illa præcepta iustitiae per Euangelium sparta? quid consiliorum documenta paulatim, & per partes ingesta? quid verba beatitudinis: Beati pauperes: Beati mites: ] tam signillatim exposita, nisi perfectio cominuta, & ore Domini moderata, vt eam infantuli, id est, homines vniuersi, qui in hac vita numquam in virum perfectum peruererunt, faciliter possint admittere, & ad incrementum statura spiritualis assumere? Si hunc perfectionis cibum fames, sive desiderium magnum deber præcedere, illud petamus, illud cupiamus, illud concipere: & vita ipsa exercitatione virtutum dedita promovere cureremus, vt post desiderium facetas, post famem impletio, & post clamores, & gemitus, quibus sanctitatem postulamus, ipsa tandem sanctitas ad nos, & desiderata animæ puritas veniat.

2. Cor. 6.

Psal. 118.

Cant. 5.

Matth. 5.

E Multa esse, quæ hoc perfectionis desiderium excitent: quorum primum est ipsius estimatio perfectionis.

## C A P. V.



ON est facile humano cordi his veris & efficacibus perfectionis desideriis ardere, & illorum vi ad quarendum perfectam virtutem incitari: quoniam

natura

Genes. 3.

natura nostra peccatis, & immoderatis affectibus, irretita, & amori rerum visibilium assueta, quasi duabus catenis vincita teneratur, ne in alium voleret, & in desiderium inuisibilium assurgat. Et sicut vilis homuncio, inter boues, & aratra, & terræ glebas educatus, atque alicuius heri obsequis adductus, numquam de regno obtinendo cogitat, & bonorum illi misero statu conuenientium amore captus, numquam principum, aut regum dignitatem, & bona desideratit propterea filii Adæ, ob delictum patris hac poena multata, ut in laboribus comedant ex terra omnibus diebus vita suæ; & amori opum, & voluptatum, & inanum honorem assueta, non ita facile possunt his se amotoris, ac desiderii expedire, & paupertatem, vita asperitatem, mundi contemptum, & opera perfectionis amare. Quare iste amor, istudque desiderium aliquibus remediis excitandum est, & hic ignis ex duro silice cordis nostri quibusdam iustibus excutiens, qui cooperatur gratia Dei, & ignem desideriorum accendant, & nos ad capellendam perfectionem disponant.

Ecclesi. 2.

Sapien. 2.

Primum vero, quod perfectionis desiderii obstat, est ignoratio perfectionis, cuius amplitudinem & maiestatem, quia non cognoscimus, non in multo pretio habemus, & quia eius estimatio caremus, ideo nihil de perfectionis possessione curamus. Euenitque nobis quod pueris, qui cum fortissimorum ac tutissimorum armorum pretium nesciat, & ea suis viribus imparia videant, nihil aestimant, & galeam, aut scutum papyraceum, quod nullius momenti est, veris armis corpus optimè protegentibus libenter praefertunt. Ita nos miseri, qui premium sanctitatis nescimus, qui summam perfectionis dignitatem ignoramus, nullo perfectionis desiderio quatimur, & ei monetas non aurcas, sed papyraceas, & delicias pœtas, & inanes honores præponimus. O quantum potest in mentibus insipientiis ista ignoratio! quam miserabiliter hac cœcitas illos dementat, quam fortiter ne pro perfectione labore, & ne ad sanctitatem currant, ipsorum manus & pedes ligat! Nescio quomodo ista cœcitas affectu iniquorum insulsurat, quia nihil habet homo iumento amplius, & cuncta subiacent vanitati; quo errore decepti non solum hominem iumento coequant, sed (quod infelicitas est) vilissimum iumentum, id est, mundanum hominem, opum & dignitatum phaleris ornatum, homini scilicet viro spirituali, & amatori virtutum anteponunt. Hic dicunt illud sapientia, vita & operibus suis: Umbra transitus est tempus nostrum, & non est reuertitur finis nostri: quoniama signata est, & nemō reuertitur. Sit ergo fortitudo nostra lex iustitia; quod enim infirmum est, inutile inveniuntur.] His falsis persuasionibus, non tam intellectum excœcantibus, (quia sic fidem destruerent) quam affectum decipientibus insecati, nihil nisi quod præsens est concupiscunt, & astutiorum ad decipendum, fortiorumque ad deprandendum, & sollicitiorum ad ambientum, meliorem existimant. Huic ergo hominum cœcitat & ignorantia nos lucem diuinam, & sapientiam celestem opponamus, & nihil dignus, nihil illustrius, nihil glorioius perfectione putemus. Illam aspiciamus semper (sic reuera est) vt rem maximam, pulcherrimam, atque pretiosam, vt rem honestissimam, utilissimam, ac omnibus deliciis affluentissimam cuius comparatione vniuersa visibilia, nec aspicienda sunt quidem, quia facta bona sunt, & si ad virtutem non referantur, prorsus noxia sunt, atque inutilia. Quod profecto non erit operosum manifestissimis rationibus comprobare, quæ nobis con-

siderantibus, & attente meditantibus, ingentem clamor perfectionis estimationem ingerant.

Est enim aliquis, qui nesciat animum corpore meliore esse, & penè infinitis partibus ab eo naturæ præstantia, & pulchritudine, & dignitate distare? Si est qui hoc nesciat, ille non erit homo, sed bellua quædam rationis expers, cui numquam præclarissima lux rationis affulsa. *Quis namque quamus minimam tantum scintillam rationis naturalis habeat, hanc notissimam veritatem ignorabit, quod corpus spiritui æquari non potest, nec mortale cum immortali conferri, nec vile municipum nobilissimo Domino comparari?* Quem lateat, corpus, stercoris faccum, fecoris recipaculum, agricordum domicilium, morti subiectum, secundum verium, imperfectius esse animo, quem cognitione, & libertas implet, virtus decorat, fortitudine roborat, immortalitas ornat, & visio Dei, ac summi boni possessio nobilitat? Nōne anima plus est quam esca, ait Dominus, & corpus plus quam vestimentum? ] Ac si dicat, plus est. Si anima melior est omni esca, quanto præstantior erit esca verium, quibus non nisi foecidissimæ esca præparatur, & quæ hominibus horrore sunt? Si corpus præstantius est vestimento, quanto præstantior erit anima corpore; quod illi tamquam potiori substantia in experimentum a vestem darum est? Si igitur animus præstantior est corpore, bona animi præstantiora & meliora erunt bonis corporis. Nā si tu regem, & seruū inuitares, non dubiu, quin meliores, & delicatores cibos regi, viiliores vero seruo, & insulsores apponeres. Ne subtrahas Deo sapientiam, qua tu ipse polleres, & si ille regem & seruum, animu scilicet, & corpus inuitat, crede, quia multa bona corpori præparabit, sed multò potiora ac præstantiora animo Domino corporis apponet. Nullæ igitur opes, nullæ deliciae, nulli honores, nullæ dignitates cum bonis animis conferenda sunt, quia illa omnia corpori seruant, & ad bona huius mortalitatis vita pertinent; bona vero anima mentem ipsam ornant, & ad vitam immortalem pertinent, quia aut in ipsa perpetuò manebunt, aut perpetuum præmium sibi assignatum recipient. Perfecta autem virtus bonum animi est, immo & animi bonum præstantissimum, quæ ipsum animum fundat, perficit, & Dei similem reddit: ergo omnia corporis bona in infinitum cedent. Omnis sancta virtus, inquit Prosper, res & diuina, incorporei prorsus, atque mundissima, quam mentes inquinatae non inquinant, sed ipsa inquinatas emaculat, cuius participatione formantur informia, suscitantur mortua, sanantur infirma, corrigitur prava, reconciliantur aduersa. Hanc non habent, nisi Deus, & is, cui dederit Deus: Quæ in animo habitat, sed animum corporisque sanctificat, ad quam nullus accedit inuitus, quam nullus amittit, nisi propria voluntate deceptus. Neque eam sibi conferre potest, cum possit auferre. Alteri autem nec conferre poterit, nec auferre. Si ergo illa bona corporis aestimamus, & in magno prelio habemus; quantò magis perfectione aestimanda est, cuius comparatione omnia illa bona simul accepta minus sunt, quam respectu maris immensi stilla toris exigua? Si homines non omnia illa bona in vnu collecta, sed aliquod illorum tam ardenter cupiunt, vt pro illo immensos labores sustineant, & mille curis se impllicant, & in innumerabilibus rebus, vt alij placeant, à quibus hoc bonum accepturi sunt, suam proterant voluntatem, quomodo nos perfectionem optare deberemus, & nostram voluntatem abnegare, & omnia relinquere, vt aliquando tam pretiosum bonum, & omnium honorum compendium valeamus possidere? Tu, ô homo,

Matt. 6.

Proph. lib.  
3. de vita  
contem.  
cap. 16.

quarvis

Barue. 3.

quæris bona, quæ te facient, desideras pacem cordis tui possidendo ea quæ te impleant, & tua desideria consoliantur: disce igitur ubi sit prudètia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus: ut scias simul ubi sit longiturnitas vita, & viæ, ubi sit lumen oculorum & pax.] Disce, inquam, prudentiam virtutum aurigam, qua omnia secundum finem æternæ vita disponas: disce omnem virtutem, ut secundum illam tuam vitam institutas: disce sapientiam, qua vincique rei debitum locum tribuas, & sic acquires vitæ longiturnitatem perpetuam, abundantiam omnium bonorum aggregatione plenissimam lucem, qua omne bonū, scilicet Deum, videoas, splendidissimam, & pacem, qua te omni concupiscentiarum bello liberet, & ciuibus supernis associet.

Cum itaque perfecio sit maximum hominis bonum, ac præstantissimum omnium donorum, quæ in hac vita nobis possunt contingere, assuecamus ita illam aspicere, ita de illa cogitare, ut de reverè magna, arque pretiosa, quæ omnia aut magna, aut utilia, aut suauia mundi in immensum exspectent. Et hoc ferè modo cogitemus. Si apud aulicum, qui delictis suis principis gratiam perdidera, & grauissimam indignationem incurraerat, magni momenti esset facultas aliquid obsequij causa regis faciendi, quo eius indignationem leniret, & præstabilitam familiaritatem resumeret, & ad aliquam magnam dignitatem perueniret; quanti momenti esse debent apud me perfectionis, & virtutis obsequia, quibus peccata mea deleo, Christum iudicem meum placio, in eius me intimam familiaritatem insinuo, & in incomparabilem dignitatem amicorum Dei, & filiorum dilectissimorum ascendo? Quam Deus ipse iustis per Ieremiam pollicetur, dicens: Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in divitiis suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur scierte, & nō me: quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra: hæc enim placent mihi, ait Dominus.] Ecce, ô anima mea, obsequia, que Deum placent, & eius cor emolliunt, & ad faciem tuam nobiscum misericordiam inclinant: non vana, & superba scientia, quæ alios despicit, & nimis de se præsumit: non corporis robur, aut fortitudo, quam ægritudo conficit, non diuitia, & naturalia talenta, quibus aliquis audierit, aut prudens, aut sollicitus in tractandis negotiis appareret, sed noritia timoris & amoris Dei affectum attrahens, & in opus prodiens, hæc est, quæ placet Domino, & eius beneficia promeretur. Si homo, auri & argenti cupidus in magno prelio haberet artem, qua posset lapides in aurum commutare, & lutum in argentum convertere: in quanto prelio ego habere debeo animi mei puritatem, qua ars est ē celo demissa, cuius beneficio opera nullius per se valoris, ut comedere, bibere, dormire, & alia similia, in aurum pretiosissimum, id est, in opera meritoria vita æterna commuto, & lutum feculentum vitiorum ex domo mei cordis expello? Nam aurum iustitia, inquit Ambrosius, iniquitas lurum est. Quod à nostris quoque prius dictum est, non dubium est: cum scriptum sit: Ut lutum platearū delebo eos.] Et velut lutum, quicquid eos inquinat, qui sibi appropinquauerint. Fugiamus ergo iniustitiam; ne luteis sordibus inquinemur, atque in eius voraginem non pes nostra exterior, sed (quod est granus) mens nostra mergatur.] Hoc lutum satis fecidit, quod mentem contaminat, & indignam facit diuino conspectu, statim virtutis perdit, & à Dei imagine procul recessit. Si miles vi-

A Etoriam exoptans, qua regnum est obtenturus, maximi astimaret armam, quibus certè sciret se hostem victorum, & palmam reportaturum; quanti ego astimare debeo perfectas virtutis actiones, qua virtus destruunt, aëreas potestates prostrunt, & me victorem efficiunt: Nam & egomiles sum, qui non pro huius mundi aris, & focis, sed pro vita æterna, & pro beatitudinis asequitione pugno. Arma vero, quibus certa victoria promissa est, non sunt scientiarum acquisitum subtilitates, non argumenta, sed virtutum opera, qua me vindique munitiones, & insuperabilem reddunt. Unde Paulus ea arma vocat, dum ait: Estote ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induit loricanam iustitiam: in omnibus fumenta scutum fidei, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.] Et Leo Papa ab hoc magistro Ecclesiasticorum edictus inquit; sed iis malis, atque aliis omnibus destruendis, habet acies Christiana potentes munitiones, & arma victoria, Deo scilicet instrumento milites suos, ut spiritu veritatis, mansuetudo iram, largitas auaritiam, benignitas extinguat inuidiam. Commuante enim dextera excelsi corda militorum, reddit in nouitatem veritas, & de iniuritatis famulis ministri prodire iustitiam. Subigit luxuriam continentia, humilitas arrogantiam propulsavit, & qui impudicitia sorduerant, castitate nituerunt. Ergo haec armam iungi querenda sunt, & præ omnibus experienda, sine quibus, quantumvis scientiis, aut naturalibus talentis abundem, nulla suppetet de hoste victoria.] Si etiam virgo, quæ ad nobilissimi sponsi nuptias aspirat, nihil charius habet, quam suam faciem nitidam, & pulchram reddere, ut ab eo, cuius coniugium ambusat, adametur: quid ego charissimum, & desideratissimum habeo, nū virtutem, qua anima mea nitet, qua pulchra & splendida appetet, ut ad Christi Salvatoris coniugium admittatur, qua si caruerit, adeò deformis est, ut seipsum prælqualore & foetore sustinere non possit: Ideoque de peccatoribus dictum est: Quia abominabiles facti sunt, sicut ea, quæ dilexerunt.] anima vero iusta sapientissimæ in canticis pulchra, & formosæ nuncupantur, & cum rebus pulcherrimis conseruantur. Quare sapienter Cassianus ait: Pulchritudo, vel fœditas animæ virtutem seu vitiorum dignitatim qualitatib, ex quibus quidam attractus color, aut ita eam splendidam reddet, ac pulchram, ut à Propheta mereatur audire: Et concupiscent Rex decorum tuum. Aut certè atram, fastidam, atque deformem, ita ut fœdorem propriæ turpitudinis ipsa confiteatur, & dicat: Computuerunt, & corrupta sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.] Et ego hanc virtutis pulchritudinem omnibus rebus præfero, ne cum virginibus fatuis ianuam sponsi clausam inueniam, & a florido thalamo eius excludat. Tandem nihil possunt homines cupere, quantumvis magnum, quantumvis splendidum, & pulchrum, quantumvis pretiosum, & honore dignum, quod ego excellentius in imperfectionis possessione non habeam. Aequum est igitur quod cam pluris astimem, quam si omnia facili bona tenerem; aequum est, ut magis eam capiam, & ardenter studio quartam, quam si vniuersitas mundi opes, & honores possem acquirere. Nam & si quis, Domine, erit consumatus inter filios hominum, & ab illo absuerit sapientia tua, in nihilum comparabitur.] Hæc enim est, scilicet vera virtus, atque perfecta, quæ homines puillos, & nullius momenti, magnos, & præstantes facit, & quod ma-

Ephes. 6.

Leofor. 7

Osea 9.

Cass. evol.  
3.6.8.

Psal. 44.

Psal. 37.

Sap. 9.

Ierem. 9.

Ambr. in  
pref.  
Psal. 35.  
Psal. 17.

ior fuerit, eo maiores efficiet: qua absente reliqua omnia, qua mortales magna reputant, nec eos Deo gratios nec absolute bonos reddunt, nec à vilitate peccatorum extrahunt, nec à nihilo peruersitatis educunt. His rationibus, & aliis similibus (quarum multæ ex his, quæ dicta sunt superiori tractatu colligi possunt) intelligentiam nostram instruamus, vt sublimeriter de perfectione cogitemus. Ita ut reliqua perfectioni, & virtuti subserviant, & eius comparatione vilescent, & si vel tantillum nos ab huius boni asequitione retardauerint, statim à nostro amore & desiderio discedant. Quod, nisi insipientes sumus, in illo tantum collocandum est, quod aut virtus sit, aut nos in virtute prouehat, aut ab eo, quod virtuti & obsequio diuino contrarium est, efficaciter & potenter abducatur.

*Jacob. i.* Has vero meditationes, quibus mentem nostram ad perfectionis estimationem erudimus, orationibus assiduis fulciamus, & à Domino quotidie notationem pulchritudinis, ac maiestatis verae virtutis sollicitè & obnoxie posulemus. Si quis indiget sapientia, inquit Iacobus Apostolus, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non impropter, & dabit ei. ] Quænam vtilior sapientia, quam Deum scire, & mandata eius obseruare, & ad puritatis fastigium peruenire? Quænam excellentior sapientia, quam nostra anima perfectionem maximam omnium bonorum reputare, & eam omnibus visibilibus anteferre? Qui ab hac sapientia iejunus est, & nondum nouit quomodo oporteat eum amare illam, & querere; petat hoc donum à Domino, quin negabit illud, cuius est postulata concedere. Si enim sapientiam inuocaueris, à homo, inquit Salomon, & inclinaueris cor tuum prudentiæ: si quæsieris eam, quasi pecuniam, & quasi thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies: quia Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia, & scientia. ] Tunc inuocas sapientiam, cùm cognitionem pulchritudinis, & valoris verae virtutis ad te oratione vocas, & eam à Domino instanter petis. Tunc inclinas cor tuum prudentiæ, cùm in oratione positus non tantum Deum alloqueris, verum etiam eius vocem renenerent auctoritas, ut ipse te prudentiam doceat, & de natura, ac prelio virtutis erudit. Si ita virtutis notionem postulaueris, dabitur tibi tam profunda, & efficax, ut in corde tuo magnum desiderium virtutis exsusciteret, & ad sequelam eius instigeret. Quam si quaris, ut cupidus quæcū pecuniam, qui nullum laborem non sustinet, & nulli molestiæ patitur, ut eam vnde cūque conqueratur: & si effoderis illam sicut amator diuinarum effudit thesaurum, sic videlicet ut fossam in te humilitatis excaues, & omnem terrenum à te reicias, & operibus studiofis vigilanter inlistas, tunc intelliges, tum intellectu, tum affectu, timorem Domini proprium filiorum, qui à perfecta charitate procedit, & disciplinam perfectionis inuenies. Orationibus itaque notitia & estimatio perfectionis postulanda est, quam cùm habuerimus, tales cordi nostro faces desideriorum admouebit, ut non difficile sit ad perfectionem celeri cursu prope- rare, & eam vniuersis visibilibus anteponere. Hoc enim desiderium fructum esse cognitionis, qua natu- ram & pulchritudinem perfectionis agnoscimus, & eam magni reputamus aperiè Salomon effatus est, dicens: Dedi cor meum, ut scirem prudentiam, atque doctrinam, errorēque, & stultitiam: & inueni, quod in his quoque esset labor, & afflictio spiritus, eo quod in multa sapientia, multa sit indignatio, & qui addit scientiam, addit & laborem. ] Iste sapiens non solam

A prudentiam agendum & doctrinam virtutum, sed & errores vitorum, ac stultitiam iniquitatum didicit, ut vitium virtutis comparatum fœdius, & virtus iuxta vitium posita venustior appareret. Ex hac autem doctrina quid sequutum est? Certè labor, & afflictio spiritus. Quia nimur spiritus humanus iam sapiens effectus, mirum in modum affligitur; quia nec deformitatem vitorum tam diligenter fugit, quantum fugienda erat; nec decorem virtutis quantum debuit, adamauit. Oriturque ex scientia labor, & ex sapientia indignatio, quia quo quis virtutem perfectius nouit, eo impensis pro eius asequitione laborat, & quo intimum vilitatem desideriorum rerum temporalium agnoscit, eo vehementius eis recusat subiacere. Sic Gregorius hunc locum Sapientis intellexit, dum ait: Celestia cognoscentes, terrenis animum subdere dedicantur. Et dum plus sapere incipimus, de his, quæ male egimus, nobis ipsis irascimur, & fit in multa sapientia multa indignatio, quia quanto plus proficimus in cognitione, tanto nobis indignatur amplius de peruerso opere. Atque cum scientia dolor crescit, quia quanto magis aeterna cognoscimus, tanto magis esse nos in huius exilii miseria dolemus. Vel sicut in translatio- ne alia dicitur: Et qui addit scientiam, addit laborem. ] Quo enim scire incipimus, quæ sint celestia gaudia, eo magis ut errorum nostrorum laqueos possumus evadere, flendo laboramus. In multa ergo sapientia multa est indignatio, quia si aeterna iam sapimus, concupiscere temporalia dedignatur. Si aeterna iam sapimus, nosmetipso despiciimus. *E*st hoc, quod nos potuit ab aeternitas amore separare. Reprehendit semetipsum conscientia, accusat quod egit, damnat per penitentiam, quod accusat, fit rixa in animo parturient pacem cum Deo. ] Scientia itaque, cognitione virtutis indignationem aduersus vitia parit, & exitus aquarum, inquit, hac scientia cumulatus, deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. ] Et zelus domus tua, scilicet animæ at tuam imaginem factæ, comedit me, & opprobria vitorum exprobantium tibi ceciderunt super me. ] Ad laborem quoque manus exercit, quia thesaurum perfectionis probe cognoscens, non potest non pro eo laborare, & feruore bonorum operum, & sui ipsius abnegatione, se ad eius adoptionem disponere. Crescat igitur in nobis perfectionis cognitio, crescat & sanctitatis estimatio, quia haec desiderium, & concupiscentiam excitabit, & omnem pigritiam, ac socordiam in sectandis bonis operibus submouebit.

*Greg. lib.  
10. in E-  
zachiel  
prope finis*

*Psal. 118.*

*Psalm. 68.*

Secundum excitatorium desiderij perfe-  
ctionis est scire, quod temporalia  
non satiant.

#### C A P. VI.

**C**OR humanum, dum haec vita vivitur, quæ tota inanitas & mendicitas est, de- sideriis vacuum esse non potest. Quia omne, quod est, dum plenum non est, & sinus habet aliquid boni capaces, naturaliter appetit illud, quo, aut secundum veritatem, aut secundum existimationem repleatur. Et quod suum finem nondum est asequitum, cuius gratia factum est, irrequieto in finem appetitu mouetur, & in illud,

illud, quo perficiendum est, insatiabilibus desideriis aspirat. Cor autem hominis in vita mortali, nec bonis plenum est, cui tot bona desunt, nec suum suum est allequitum; consequens ergo est, ut desideria astuerit, & aliquod bonum, quo caret, adipisci desideret. At homo, non ut res sensus, & rationis expertes, naturaliter in bonum mouetur, sed cum sit rationis, & liberi arbitrij capax, non solum voluntari, sed etiam liberè in bonum tendit. In his ergo rebus oportet, sua desideria collocer, quæ habita ipsum implant, ipsum perficiant, & satient, ne imprudentia, & ignoratio agnatur. Effet enim planè stulti & insipientis animi, ea concupiscere, quæ in nostram potestatem adducta, nos vacuos & ieunios relinquerent, & neque ad minimum tempus, cordis famem satiant. In quo hominis lugenda sane insipientia conspicitur, qui (ut ait Augustinus) gaudere desiderat, sed non ibi queri gaudium, ubi oportet inquiri. Videamus nunc igitur, quid nobis concupiscendum sit, ut cum nouerimus temporalia nullo modo esse desideranda, quæ sursum sunt, nimis spiritualia & coelestia, apparet. Et quidem temporalia nobis appetenda non esse, inde manifeste cognoscimus, quod villa admodum & contemptibilia sunt, cor vero nostrum excelsum, & nobile, cuius cibus illi congruus suavis est, & pretiosus, ac propinde, que ab hac suavitate & pietate degenerant, non sunt illi preparanda. Nam quod Raphael Angelus Tobiae dixit; Videbat quidem vobissem manducare, & bibere; sed ego cibo inuisibili & potu, qui ab hominibus videbitur non potest, vtor. Idem potest quilibet homo dicere: qui licet videatur terrenis rebus impleri, ramen (quod ad animam pertinet) non sustentatur nisi inuisibili cibo virtutis, & veritatis. Quare promittens Dominus cibum homini legem custodientem ait: Cibabo te hereditate Iacob patris tui, os enim Domini locutum est. Vt sciamus, hereditatem extremam, quæ à virtute incipit, & in premio virtutis consistit, cibum esse mentis humanae, tum suauissimum, tum præclarissimum, extra quem erit quidem aliquid, quod eam distendat, & infles, non tamen quod replet, & satiet. Pulchre sane Richardus antiquorum sententiam philosophorum corredit, qui hominem mundum parvum appellarat, qui potius mundus maximus vocandus esset, quoniam totius mundi possesso, sinus & recessus mentis humanæ non replet. Nonne, inquit, philosophi videntur errasse, qui hominem microcosmum, id est, minorem mundum dixerit. Numquidnam obsecro non meritò maior mundus dicendus est humanus ille animus, qui mundo viisque maiorum: quem totus mundus nulla sui dilatatione, nulla sui multiplicazione satiare potest? Si humanus animus maior & capacior est mundo isto visibili, & istum omnia visibilia continentem res parva non replent, quoniam modo illum replebunt? Quo pacto audiretum cordis humani parva diuitia, aut fugientes voluptates, aut honores fallaces satiabitur? Comedent, inquit Olescas de impensis loquens, & non saturabuntur. Quare: Nisi quia calor spiritualis stomachi adeò vellemens est, ut quasi in momento omnia corruptibilia consumat, & statim ac si nihil deglutiisset, fame tabescat, & pereat. Sicut enim iustitia saturat, inquit Hieronymus, sic iniurias substantiam non habens, vana comedentes fraude deludit, & vteros denorantium vacuos derelinquit. Quod autem ipse de iniuritate dicit, quia substantiam non habet, nos de rebus temporalibus iure postulamus cauaciare, quod scilicet substantia carant, quia licet entia sint, & secundum philosophicam

*Aug. ser.  
30. in fias  
dii.*

*Tob. 12.*

*Isa. 58.*

*Rich. ser.  
de Spirit.  
sanct.*

*Osa. 4.*

*Hier. ibi.*

A disciplinam ad ordinem substantiæ pertineat, sed cum non modice sint substantiæ, mentem humanam non saturant.

Vetus ad mensuram pueri contexta, giganteum non operit: & receptaculum annuli pro carbunculo elaboratum, minor genum non replet, & tenacrum lac in cibum infantum à natura paratum, homines robustos nullo modo sustentat. Sic corporalia, quæ ad velandum; & fonsum pusillum, & imbecillum corpus data sunt, mentem vsque in cælum caput attollentem non contegunt: & capacitatem eius ad capiendum summam bonum conditam non explet; & velut gutta laetiæ exigua spiritui fotti, atque robusto, nequam sufficit. Hoc est enim quod Isaia ait: Sicut somniat eliriens, & comedit, cum autem fuerit expergesitus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergesitus, lassus adhuc sit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicaverunt contra montem Sion. O quam verum hoc: qui enim aduersus altitudinem suæ naturæ pugnant, dum se visibilium amoris subiciunt, non magis profecto satiantur, quam si cibos suauissimos per somnum ederent, & vina pretiosa biberent. Nam quid aliud est, post multa bona temporalia possessa, alia insatiabiliter querere, & post multas expertas carnis voluptates, alias sine villa mensura sitire: & post multos honores adeptos, alios maiores, & sublimiores ambiens, si huic venienti arrestari, quod visibilia sicut bona somniata non satiant, nec habendi famem, & sitim extingunt? Siquis dormiens representatione somniorum olulus, cogitat se regem, aut praefatum esse, & diutius, ac satellitibus regum, & Episcoporum confitari, quid prodest. si claps dormiendi tempore, nec regnum, nec Episcopatum est habiturus? Sed huius generis mihi videntur facili dignitates, quæ in huius vita somno vanissimo misterios mortales eludent: & sicut splendoris ostensione decipiunt: transibit, trahibit dormiendi, & somnandi tempus, & in futuram vitam euigilabunt, & tunc isto etiam factio & inani honore carebunt. Neque esset ista ambitionis & cupidorum summa miseria, quia sicutem quasi per somnum bonis huius facili perfruuntur: at manet illos ob somniatam felicitatem magna, & vera calamitas, quod non quasi per somnum, sed verisimile, & per totam aeternitatem; superbia, & ambitionis, & iniquarum cupiditatum peccatas sustinebunt. Merito sane hac omnia temporalia inanibus somniis instagibus comparantur, quæ solùm vitorum somnum dormientibus placent, & ut insolentia, cum mindis putabant, breviter evanescent. Explicat hanc rerum vanitatem & brevitatem Gregorius, dum eas rerum exiguarum, ac inanium, & simul citissime deficitum naturis comparat. Iniquorum potentia, ait, secundum floribus comparatur, quia nimis carnalis gloria, dum nitet, cedit: dum apud se extollitur, repentinè intercepta sine terminatur. Sic namque aurarum flacu in alcum stipula rapitur, sed easu concito ad ima reuocatur. Sic ad nubila flumis atlollit, sed repente in nihilum tumescendo dissipatur. Sic ab infinitis nebula densissimis se erigit, sed exortus hanc solis radius, ac si non fuerit, abstergit. Sic in herbarum superficie nocturni roris humor alpergitur, sed diurni luminis subito calore siccatur. Sic spinosæ aquarum bullæ inchoatiibus pluviis excitatae, ab intimis certatim producent, sed eo celerius disruptæ depereant, quo inflatae cirtis extenduntur. Cumque excrescunt, ut appareant, crescendo peragunt, ne substantant. De inquisigitur temporalis glorie elatione tumentibus, sed

*Isa. 29.*

*Greg. 17.  
Mor. 5.*

**Iob 24.** tamen nulla in hac soliditate durantibus , dicitur re-  
cte : Eleuati sunt ad modicum , & non subsistunt .] Quām vilia sunt , qua talibus similibus exprimitur , quām brevia , qua tam momētanē dilabuntur ; quām inania , qua dormientibus hoc est falsa rerum exi-  
stimatione deceptis , & non vigilantibus , aut sapientibus satisfaciunt . Videbimus eos , qui harum rerum  
**Iona 4.** amore tenentur , figuratos in Iona , cui preparauit Do-  
minus hederam , vt cum ab æstu protegeret : & laten-  
tus est Ionas super hedera latititia magna .] Quanta  
res est hedera , vt ex eius ascensu tantam Ionas latiti-  
tiam acciperet . Sic sunt homines rerum terrenarum  
amatores , qui ex rebus nullius momenti ita latentur , ac si aliquid pertinēt ad salutem æternam acquisiu-  
sent . Et non aduerunt miseri , quia ha res velut  
somnia transiūta sunt , & eos vacuos & tristes reli-  
eturæ . Nām simul cum hedera preparauit Dominus  
vermē alcensu dilucit in crastinum , & percutit  
hederam , & exaruit .] Simul cum prosperitatē tem-  
porali vermis enascitur , quoniam eo ipso , quod corrup-  
tionis subiecta est , intus habet , quo citò consumitur .  
Quis putarat hederam heri subito natam , hodie subi-  
to caluram , & prophetam sine vilo umbraculo per-  
mansurum , vt solis calore astuaret , & quod peius est ,  
igne indignationis arderet ? Sed quis non putaret ?  
cum ita sit omnium rerum visibilium conditio , ut ve-  
llet insomnis cito nobis appareat , & cum minus  
putabamus , euanescant , & à nostris conspectibus  
se subducant ? Quā tam breui tempore fugiunt ,  
non dubium , quin animū semper manentem ,  
& per totam æternitatem durantem satiate non pos-  
sunt .

**Ezech. 4.** Est etiam alia rerum temporalium conditio , ex  
qua non minūs evidenter elicetur , eas non esse suffi-  
cientes , vt humanam mentem exstant . Et vero  
est , quod temporalia non sunt alimenta homini  
congrua , vt cum reficiant atque sustinent . Eze-  
chieli praecepit Dominus ad quoddam signandum  
mysterium , vt panem immundum comedet , &  
ipse talem panem exhorens , ac in hoc obedire de-  
rectans , non sine fletu , & lacrimis clamat : A , a , a ,  
Domine Deus , ecce anima mea non est polluta , &  
morticinum , & laceratum à bestiis non comedi , ab  
infantia mea usque nunc , & non est ingressa in os  
meum omnis caro immunda .] Petro quoque obla-  
tum est magnum vas , in quo erant omnia quadru-  
pedia & serpentina terra , & volatilia cœli . Et facta est  
vox ad eum : Surge Petre , occide , & manduca . Cui  
voci respondit ille : Absit , Domine , quia numquam  
manducai omne commune , & immundum .] Et Iob  
interrogans ait : Aut poterit comedi insulsum , quod  
non est sale conditum ? Ac si diceret ; nullus poterit  
fine naufragi & horrore cibum insulsum ore gustare .  
Eadem ratio te moneat , ô homo , vt non quāras bo-  
na saeculi huius , nec desideres de cibis eius , in quo  
est panis mendacij , quia cibus mundi ( quo nomine  
vniuersa visibilia intelligas velim ) tum immundus ,  
tum insulsum est , qui comedentem sua immunditia  
coquinat , & naufragi ingenta insultitate prouocat . Immundus quidem est hic cibus , nam animam ,  
supposita infirmitate nostra , & proclivitate ad ma-  
lum , non solum immoderatis follicitudinibus impliceat , sed & innumeris peccatis contaminat . Si pe-  
cuniam congregare conaberis , inquit Laurentius Iustinianus , eripes habenti , aut cupiditatibus laceraberis . Si dignitatibus fulgeris velis , danti suppli-  
cabis : & qui preire cateros cupis , possendi humi-  
litate erubescas ; si potentiam desideras , subiectorum insidiis obnoxius , periculisque subiacabis . Si  
gloriam appetis , per aspera quāque distractus , q[ui]c-

**A** tus , & securus esse desisti . Si voluptuosam vitam  
eligis , quis non spernat , atque abiicit , vilissima  
fragilissimæque rei , corporis scilicet servus es .] Quis talibus affectibus non inquietur , & mentis  
sue puritatem non amittat ? Nec satis erit ad hanc  
immunditiam vitandam , si modum in vñi rerum  
temporalium , aut querendarum , aut possidendarum  
retineas , quia iste modus , istaque mensura difficilis  
admodum est , facillimum vero illam tranfilire , &  
plus aequo rebus temporalibus inhætere . Sed conce-  
demus tibi , quod modum in tenebrorum amore te-  
neas , certe licet peccata fugias , at curas , at distractio-  
nes , at sollicitudines non effugies , quæ si animam pec-  
cato non ferdant , at ligant , & fulcant , & turbant . At  
quā si hi cibis induavis , & insulsi illi melius &  
frequentius experiuntur , qui maiori bus aut diu-  
tiis , aut honoribus , aut dignitatibus onerantur . Nam  
amor conseruandi , aut augendi , quod habent , est illis  
acetum , & timor amitendi est fel , quibus duobus sal-  
famentum quoddam adeo amarum conficitur , vt om-  
nne cui super initicatur absynthio amarus & horribilius  
efficiatur . Quare qui rebus terrenis querendis , &  
cumulandis intendunt , cum cantico non bident vi-  
num , vt ait Isaías , & amara erit potio bibentibus .] Imò cum gemitu & dolore bident , neque in his ci-  
bis insauissimis , aut dulcedinem aut quietem inue-  
nient .

**B** Sed esto , quod tu velis his cibis , tum immundi-  
s , tum insulsi , satiari , & ventrem tam vilibus ali-  
mentis imple , & immunditiam peccatorum in-  
curre , & amaritudinem timorum , & curarum  
sentire . Nam & benè posset quis , tempore scriptæ  
legis , contrarius & fas animalibus immundis vesci ,  
quibus sine dubio ventrem expleret , & vitam na-  
turelam sustentaret . Aduerte tamen , ô infelix ho-  
mo ! quod neque cum his tua anima detrimentis  
poteris concupitam satietatem experiri . Omnibus  
enim rebus sua Deus alimenta signavit , nec vna  
alimento alterius , aut nutriti , aut sustentari potest .  
Ignis aëre sustentatur , dum illud immutat , & in  
suam substantiam convertit , at tu non sustentabis  
aëre , nec vento solo repleberis . Et aëre susten-  
tatur aqua , dum illam extenuat , & in vapores subti-  
llissimos , ac postea in scipsum convertit , tu tamen  
non reficeris sola aqua , nec vitam sine pane , vel  
alio alimento seruabis . Talpa ( vt fertur , & nefcio ,  
an verum sit ) terram comedit , at tu sat scio non co-  
medes terram , neque in extrema etiam necessitate  
positus , lapidibus ventrem replebis . Quamobrem  
astutus ille tentator , non voluit Christum Saluator-  
em , ad tantam insaniam adigere , vt lapides ederet ,  
sed vt eis in panes conuerteret infanti necessitatibus  
subueniret . Dic , inquit , vt lapides isti panes fiant .] Animalia fano & herbis & hordeo vescuntur , quæ  
cruda , & penè integra in ventrem traiciunt ; illa-  
que digerunt , & mutata sua substantia addunt . Sed  
credo , te non esse adeò emota mentis , vt putes ,  
hordeum , aut scenum tibi ad vñum cibi sufficere , &  
vitam similibus esculentis posse tenere . Quælibet  
ergo res proprium cibum habet à natura conce-  
sum , cuius abstentia ieiuna , & vacua manet , & si ci-  
bum alterius sibi præfumat , non satietatem , sed vi-  
ta sibi perniciem affert . Temporalia vero omnia  
iumento , id est , corpori , in cibum attributa non  
sunt cibus animæ tuae , ergo eam satiare , & sus-  
tentare non poterunt . Quod si ea in ventrem animæ  
ingeras , & immoderatis affectibus amplectaris , non  
tibi satietatem , sed anxietatem , sed onus , sed do-  
lorem sunt allatura . An putas , quod auarus satietur  
diuitiis , etiam si vniuersum mundum ipse possideat ?

**C** Iust. 24.

**D** Matt. 4.

Eccles. 5.

Cum scriptum sit: Avarus non implebitur pecunia, & qui amat dignitas, fructum non capiet ex eis.] An putas, quod luxuriosus satietur voluptatibus; vide, quid dicas idem Salomon: Et omnia, quae desiderauerunt oculi mei, non negavit eis: nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his, quae præparaueram: & vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi. Qui post tot delicias vanus inanisque remansit, satis indicat se ad satietatem qualitatem non venisse. An putas, quod ambitionis, aut honoribus, aut regnis, aut imperio satietur? Alexander quidem uno mundo subiugato nequaquam ad satietatem usque imperandi peruenit: sed audiens nescio quem philosophum disputantem, & plures esse mundos astruente, tristatus est arque in lacrymas resolutus, quod ipse inter tot mundos, unum tantum imperialis, & suis bellis plures non subegisset. Si haec in quacunque mensura accepta non satiant, signum est manikelium, quod non sunt cibi animi nostri, nam animus suo proprio, ac naturali cibo satiareatur, & nihil amplius eo ingesto requereret. Confirmat hoc egregie Bernardus, dicens: Iustitia ratione ventis spiritus: cibis est vitalis & naturalis; pecunia vero (& idem de aliis bonis diceret) sic non replet, vel minuit animi famem, quomodo nec corporis ventus. Denique si famelicum hominem apertis fauibus vento, inflatis haurire buccis aerem cernas, quo quasi conular fami, nonne credas insanire? Sic non minoris insaniae est, si spiritum rationalem rebus putes quibuscumque corporalibus non magis inflati, quam satiar. Quid namque de corporalibus ad spiritualia? Nec illa fane spiritualibus, nec isti è regione refici corporalibus queunt.] Alio vero loco stultitiam illorum, qui temporalibus repleri volunt, pulchre depingit. Vidi, inquit, ego aliquando quinque viros, quidni phreneticos arbitris? Primus siquidem buccis tumentibus marinam masticabat arenam. Secundus sulphureo astans lacui, exhalantem teterimum factidissimumque gestiebat haurire vaporem. Porro tertius fornaci incubans vehementer accensa, micantes scintillas habentibus excipere fauibus latrabatur. Quartus supra pinnaculum templi residens, leuioris aera spiritum aperto attrahebat ore, & si quo minus influere videretur, flabello sibi ventum ipse ciebat, ac si totum speraret aerem deglutire. Quintus seorsum positus ridebat cateros, ipse quoque ridendus & maximè. Proprias enim carnes incredibili quodam studio sugere laborabat, nuuc manus, nunc brachium, nunc alias partes applicans ori. Miserratus homines, causamque sciscitatus à suugulis, vnam omnibus esse reperio validissimam utique famem. Tum vero maclentissimas eorum facies contemplatus recordabar prophetæ gementis miserabiliter & dicentis: Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.] Quid haec vobis, inquit, prosum? Non sunt naturales cibi, magis famem haec provocant, quam extinguent. Panis namque animi iustitia est, & soli beati, qui esfunt illam, quoniam ipsi saturabuntur.] Nimirum ad imaginem Dei facta anima rationalis, cæteris omnibus occupari potest, repleti animo non potest. Capacem Dei, quicquid Deo minus est, non implebit. ] Hæc, & alia multa eo loco Bernardus, quibus aperte demonstrat terrena mentem hominis saturare non posse. Ego tamen illis prætermis, vnum adiicio, & mihi quidem satis efficax ad id persuadendum, quod intendimus. Illud autem est, quod mundus fallacissimus & avarissimus, non alimentis istis nobis alie-

Eccles. 2.

Bern. de  
diligendo  
Deo.Bern. de  
clamat.  
sup. Ecce  
nos reli-  
quimus  
omnia.

Pf. 101.

Matt. 5.

nus, quod fortassis alicui tolerabile videbitur, sed desiderii eorum replere & exaciare contendit. Vnde Ioannes ait: Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vita.] O egregia facula bona, quae non in rebus ipsis visibilibus, sed in earum concupiscentia, & desiderio sita sunt. Nam animaduerte, quomodo Ioannes loquatur. Non enim dicit: omne quod est in mundo, delectatio carnis est, sed concupiscentia carnis est, & non dicit: Omne quod est in mundo possesso diuiniatum est, sed concupiscentia est diuiniatum. Et tandem non dicit: Omne quod est in mundo, altitudo, & dignitas est, sed superbia vita est, quae supradit, quod habet, effertur, & non tam altitudinem habet, quam presumit. Sic autem loquitur Ioannes, non à seipso, sed ab Spiritu sancto, cuius fistula est, quoniam mundus amatoribus suis tantillum de suis bonis tribuit, & in immensum concupiscentias, & desideris cruciari, & affligi permittit. Illos ergo desideris vincit, & spiritibus vanis deludit, & turbidis concupiscentias satiare nititur, quos rebus ipsis concupiscentis replere non valet. Si autem impossibile est, ut desideris & absentia rerum desideratarum satiemur (nam desiderium famæ est, non saturitas) pariter impossibile est ut mundus nos saturet, & cordis nostri appetitus tranquiller.

B Non itaque desideria nostra in rebus visibilibus collocemus, qua habita non explent, adepta non satiant, ingesta nequaquam famem depellunt, nec sicut exstingunt. Sunt haec sicut vuarum acini, semel expressi, qui non habent vinum, quod nobis effundant. Ita visibilia, licet, eminus visa, appareant delectationis vino referta, sed cum ea manu experientia tangimus, & sensu gustamus, aut voluptate vacua, aut curis, & tristis plena cognoscimus. Omnis caro scenum, & omnis gloria eius, quasi flos agri. Exsiccatum est scenum, & cecidit flos.] Si ex sceno succum delectationis exprimere non valemus, nec ex flore, qui clanguit, ornatum capit is expectamus; nec à rebus visibilibus, qua nomine sceni & floris signantur, aut vera voluptas, aut solidus honor expectandus est: quia haec sub pelle falsæ voluptatis, & sub specie ficti honoris veram habent vanitatem, cordis angorem, & (si inordinate querantur) certissimam gloria mendicitatem. Sunt haec bona temporalia, sicut arbores, quas terra illa Sodomorum & Gomorrhæorum, post subversionem à Domino factam emitit. Illæ enim (vt dicitur) fructus habent externa quidem species suaves, & pulchros, sed si manu tangantur, retro odore, astantium nares inficiunt, & in fauillam, & cinereum rediguntur. O quam vera imago mundana dignitatis, temporalium opum, & secularis honoris! qua exterritus visa, nescio quid habent factæ gloria, & fallacis splendoris, qui oculos inexpertos capit: at introitus in specula grauissimum exhalant multorum peccatorum odorem, in qua miseri horum amatores impingunt, & dum temporis decursu finiuntur, in fauilla & cinereum conuertuntur. De his ait Dominus ad animam loquens: Et erit sicut puluis tenuis, multitudo ventilantium te: & sicut fauilla pertransiens, multitudo eorum, qui contra te prævaluerunt. ] Ita quippe bona, dum aduersus animam prævalent, eam curarum turbine in diversas partes iactant. Sed non meliora sunt, quam puluis, & fauilla, qua vilissima cum sint, vestes animæ, id est, virtutes, sedant, & oculos viam huius vita pretereuntium excæcant. Sunt denique ista visibilia bona sicut cibi in tabella depicti, aut in aulæs delineati,

1. 102. 2.

1. 102. 40.

1. 102. 29.

Aug. in  
solilo. ea.  
30.

Iob. 33.

Gregor.

qui si oculos foris delectant, at ventrem non expletant, nec habendi famem sedant. Cibus enim versus anima Deus est, qui eius capacitati satisfacit, reliqua vero, quae facta sunt, non possunt tantam capacitatem replere, nec summi boni desideria satiare. Vnde Augustinus ait: Cum anima creaturam desiderat, continuam famem habet, quia licet, quod desiderat, de creaturis adipiscatur, vacua tamen remanet, quia nihil est, quod eam implete, nisi tu Domine, ad cuius imaginem est creata. Imples autem tu eos, qui nihil aliud desiderant praeter te, & facies eos dignos te, sanctorum, beatos, immaculatos, & amicos Dei, qui omnia reputant ut stercora, ut lucifacient te solum. ] Merito sane visibilia bona, & omnis prosperitas temporalis in illo lectulo designata sunt, de quo ait Helius apud Iob de Domino loquens: Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia eius ossa marcescere facit. ] Nam dum in his bonis requiescimus, increpatiōnem conscientię nostrā à Domino excitatam sentimus. Quam ipse non sine magna misericordia excitat, ut nos ab amore eorum, quae amanda non sunt, rerum terrenarum auerterat. Nec solum conscientię increpatiōnibus rerum mundanarum amatores percurret, verum etiam aduersitatis ex ipsis rebus, quas amant, exortis, ne sedent, in via patria caelestis, ferit. Hoc est enim quod Gregorius ait: Via quippe est vita præfens, qua ad patriam tendimus, & idcirco hic occulto iudicio frequenti perturbatione conterimus, ne viam pro patria diligamus. Solent etenim nonnulli viatores cum amena fortale in itinere prata conspicunt, pergendi moras innectente: & à coepi itineris rectitudine declinare: eorumque gressus tardat pulchritudo itineris dum delestat. Electis ergo suis ad se pertinentibus, Dominus huius mundi iter asperum facit, ne dum quicunque vita præfensi requie, quasi amenitate vita pascitur: magis eum du pergere, quam citius peruenire delectet: ne dum oblectatur in via, obliuiscatur quod desiderabat in patria. ] Signum itaque electionis est, & dilectionis diuinæ, quod in temporalibus ablymnum ponit, & mundi flores spinis, & tribulis cingit, ut percepta in eis amaritudo, faciat nos contempnere, quae amata non satiant, & quae contempta, si in vixum moderatum & necessarium accipiantur vt cumque delectant. Si ergo desideria nostra in aliquo ponenda sunt, & in rebus visibilibus ponenda non sunt, restat ut aliqua queramus, in quibus ea constitutamus. Bona vero eius generis cupienda, & querenda sunt, quae sint vera bona, quae nostra desideria restinguant, que habita nos bonus & beatos faciant, quae nos Deo coniunctos, Angelis gratios, & hominibus honorabilis reddant. Hæc autem esse virtutis & perfectionis bona sub alio principio breuiter expomemus.

Tertium excitorum desiderij perfectionis, quod spiritualia animo satisfaciunt.

CAPUT VII.



VI aliqua arte sibi, & vxori, & filiis, & familiae necessaria lucrari non potuit, sollet artem illam relinquere, & pro alia commutare, qua sperat se maius lucrum

A accepturum, quod sui, & suorum cibo & vestimento sufficiat. Qui etiam alicuius heri obsequiis additus, cum magno labore, & sine villo emolumento famulatur, utile iudicat illum herum deserere, & alteri se adiungere, in cuius domo facilis seruat, & onere leuiori prematur, & mercedem copiosiore acquirat. Et nos hac ratione permoti, sicutum dominum satis durum abieciimus, & Christi nos obsequiis addiximus, cuius iugum suave est, & onus leue: quod utile nobis non erit, nisi veteri arte prætermissa, qua amoris terrenorum inhaesimus, nouam artem & magis quæstusam addiscamus. Illa enim ars (nam sic vita carnalis vocari potest) nec vxori, id est, carni nostræ sustentanda sufficit, qua quibuscumque terrenis bonis acceptis, semper plura concupiunt; nec filios, hoc est, desideria, & affectus ex carne prodeentes aluit, quos post multas opes, post multos honores, post multas voluptates ingestas, semper famelicos & sitiundos dereliquerit: nec servulos & ancillas, nempe sensus, & anima vites cibo sufficiente refecit, quia illos & istas maiora appetentes, & pro amplioribus bonis clamantes, & vociferantes audiuit. Discamus igitur aliam artem, scilicet spiritualis vitam, qua nos impletat, & satiet; quæ nos dicit, & amplificat: quæ nobis de bonis omnibus necessariis prouideat. Hæc enim spiritualis vita bona, quæ non sunt alia profectio, quam virtutis, & perfectionis bona, talis natura sunt, ut menti hominis satisfaciant, & in ea omnem famem, & omnem sitim rerum temporalium extinguant. Qui hæc suauissima bona comedunt, & humilitate, castitati, & reliquarum virtutum amori, ac studio se tradunt, statim ad videndam vilitatem rerum terrestrium oculos mentis aperiunt. Nam sicut Ionathas gustanti fauum mellis, oculi præ fame caligantes aperti sunt, ut omnia circumstantia posset clare conspicere: ita his qui mel virtutis gustant, mentis oculi roborantur, ut valeant rerum visibilium vilitatem, & inuisibilium celitudinem contemplari. Dum vero considerant mundum, in Saule figuratum, eum huius mellis vertuisse, & milites (ut percutant, & nihil faciant) sine cibo in prælium amandassem, dicunt, quod verum est: Turbavit pater noster terram: vidisti ipsi, quia illuminati sunt oculi nostri, eo quod gustauerimus paululum de melle isto: quantò magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit: nonne maior plaga facta fuisset in Philistim? ] Mundum patrem vocant, quia ab eo (quod ad naturam attinet) geniti sunt, sed illum patrem, cui & concupiscentia matris dicunt: Nescio vos, & fratribus suis, Ignoro vos. ] Iste pater turbat terram, quia hostibus visueris immorior, ut nos aduersus hostes Domini pugnemus, & eos insequamur, se velle dissimulat, & tamē mel gustare, aut aliquem cibum accipere verat. Scit enim, quod si virtutis & bonorum spiritualium melle vescimur, quos ipse interdum ore inimicos vocat, & corde amicos habet, sine vlla ambiguitate vineamus. Ut ergo nos occulius decipiatis, inimicos Domini suos hostes appellat, & quasi ad eorum insectationem nos prouocat, dum sub specie boni desideria bonorum temporalium abscondit, sed sumptionem spiritualium cibi, sine quo vieti cademus, astutus deceptor interdit. At nos non credamus illi, neque obediamus vocis eius, sed mel verae virtutis, & bonorum spiritualium gustare conemur; quia illud oculos mentis nostræ illuminabit, ut rerum visibilium vilitatem agnoscamus & lacertos nostros, roborabit, ut eas fortiter despiciamus, & ad res caelestes non tantum gustandas, sed perfectè possidendas aspiremus; Sic magna

1. Reg. 14.

Dent. 33.

clade

Dan. 8.  
Gen. 31.  
Greg. 4.  
M. 39.  
Pf. 118.  
Psal. 83.

clade prosterneamus Philistinos, & vitia nostra, ac  
vana desideria defruemus, quos gustus virtutis fu-  
gar, sed perfecta possesso subheruat.

Illuminatis oculis gusto caelestium, tunc anima  
terrena fastidit, & quæ antea amaverat, atque cupi-  
uerat, odio prosequitur, & à cordis affectu reuellit.  
Dolet ignorantiam suam, quod rebus tam contem-  
pribus & abiecis inhaesit; & admiratur mutationem  
suam, quod aperiente oculos Deo, dulcia  
mundi horret; splendida fugit, & concupisibilia  
contemnit. Daniel viso angelo Domini qui ei  
futura nunciabat, ait: Ego Daniel langui, & ægrotau-  
iui per dies: cumque surrexisse, faciebam opera re-  
gis, & stupebam ad visionem.] Sic anima, cui Deus  
gustum virtutis impedit, & notionem rerum mun-  
danarum ingreditur, ut in unum languet salubri languore,  
quo viuenter ei saecularia amarescant, & tanquam  
insipida, & noxia, ab eius gusto & appetitu se sub-  
strahunt. Deinde surgit, non vt pristinas vanitates  
quarat; (hoc enim electi iacere, non surgere, & ad ope-  
ratæ vita anhelare) sed vt negotia regis tractet, & in  
Dei obsequium, & amorem suas vites impendat. Et  
tandem stupet ad fructum cognitionis diuinitus  
data, quæ tam potens est, ut quæ horrilibia putabantur,  
dulcia faciat, & dulcia in anima conuerteret: la-  
cobi etiam quo tempore Israel vocatus est, nimis  
rum præualens Deo, ceperit uno pede claudicare &  
ex pugna cum Angelo tum benedictionem mag-  
nam, tum unius pedis imbecillitatem acquirere.  
Quidnam est hoc? nisi quod anima Deum deside-  
ritis amplectens, sicut puritate crescit, ita in rerum  
visibilium desiderio decrevit? Quid hoc? nisi quod  
dum affectibus rerum caelestium accenditur, in de-  
siderio rerum visibilium infirmatur? iam commo-  
ditates abicit, iam famam & gloriam inanem fugit, iam propria voluntatem implere trepidat,  
quia hinc amore & desiderio suo indigna reputat,  
& ideo eis subiacere nimis pertinefecit. Et sicut post  
gustum mellis, aut sacchari omnia, que gustamus,  
videntur insipida: ita post experimentum vera &  
perfecta virtutis, quæcumque mūdus offert, insul-  
sa, & amara reputantur. Habet humilitas dulcedinem  
suam, habet paupertas, habet mansuetudo, habet &  
castitas, qua gustata statim aduentus, quæ amarum & insipidum est, quicquid superbia, & cupiditas  
ingerit, quicquid indignatio, & impura voluptas  
nobis apponit. Gustus itaque virtutis, gustum rerum  
terrenarum tollit, & sicut visibilem extinguit. Quod  
Gregorius profecto non filuit, dicens: Qui in au-  
toris sui amore roborantur, quo magis in concu-  
pita Dei fortitudine conualescunt, eo à propria  
virtute deficiunt. Et quo robustius aeterna appeti-  
tur, eo à temporalibus salubri defectione lassan-  
tur. Hinc Psalmista amoris sui robore fessus dice-  
bat: Defecit in salutare tuum anima mea:] In salu-  
tare enim Dei proficiendo defecerat, quia aeterni-  
tatis lucem desiderans à carnis iam fiducia fra-  
etus anhelabat. Hinc tursum dicit: Concupiscit, &  
deficit anima mea in atria Domini. ] Qui nimis cum dicieret: concupiscit, recte subdit; & deficit.  
Quia valde minor est diuinitatis concupiscentia,  
quam non mox etiam proprius sequitur defectus.  
Qui enim ad appetenda aeternitatis atria accendi-  
tur, dignum profecto est, ut ab hoc temporalitatis  
amore lasseatur: vt tanto frigescat ab studio sae-  
culi, quanto surgit ardor in amorem Dei. Quem  
scilicet si perfecte arripi, mundum etiam plane de-  
relinquit: & eo funditus temporalibus moritur, quo  
ad supernam viram altius afflatus aeternitatis anima-  
tur. ] Nec inibi mirum videatur, si amor Dei amo-

A rem rerum labentium obseruat, & gustus virtutis  
falsam mundanorum affectuum dulcedinem pan-  
dat, quia commune est, ut res pulcherrima, amore,  
& possessione habita, obliuionem rei corporis infe-  
rat, & vera dulcedo contemptum fucata tristitia inducat. Vnde qui amore diuinæ pulchritudinis  
captus est, quid initum, si amorem rerum inani-  
num respuit; & suavissimo virtutis cibo refectus,  
si amaritudinem curarum saecularium abiiciat? Et  
quidem per hoc solum spiritualia bona essent ap-  
petenda, etiam si nihil aliud, aut honestatis, aut vol-  
lupatis, aut utilitatis haberent, quia desideria tem-  
poralium tollant, & famem ac litim omnium vi-  
sibilium extinguunt. Hoc enim per se valde ho-  
nestum est, inanibus & superuacuis desideriis ca-  
rare: hoc valde delectabile, curas affligentes, &  
cruciantes excludere: hoc admodum vijs, cupidites  
noxiæ relegare. Quod si animo immortali, &  
ad Deum possidendum creto; iniuriosum est, cum  
stercor, & ceno subiictere, honorificum erit, ipsum  
splendidissimo virtutum indumento vestire, & su-  
per omnia terrena, & visibilia collocare. Vtrumque  
vero praestat desiderium virtutis, quod & studium  
virtutis & bonorum operum patit, & omnibus,  
que mundus amat, contradicit. Illis vero resistere  
est, ipsa pessundare, & affectum pedibus concu-  
care.

B Aliiquid vero amplius habent spiritualia bona,  
ultra id, quod est desideria temporalium sòpore,  
proper quod esset à nobis optanda, illud scilicet,  
quod immortali animo satisfaciunt, & sine vilo fa-  
stido, dulcedine sui ipsorum exatior. Cui doctrina  
astrictuenda & confirmanda satis sufficeret di-  
ctum Saluatoris, esurientes & sitiens iustitiam  
beatos appellantis, quoniam ipse, inquit, saturabun-  
t. ] Quo nam saturandi sunt? Certè non tantum  
præmio aeterno & mercede coeli, quæ illos ma-  
net, sed etiam in hac vita ipso solidissimo, ac suauis-  
simi cibo virtutis. Hunc autem sensum Chrysostomus  
indicavit, dicens: Noli iustitiam exercens for-  
midare pauperem, neque famem timere, cum cer-  
tè illi magis omnibus bonis excidant, qui aliena di-  
ripiunt: vt ex aduerso ille, qui iustitiam diligit, tu-  
tissime omnia bona possidet. ] Non ergo omnis iu-  
florum saturitas futura est, sed in præsenti vita, il-  
lis saturitas, & plenitudo quadam non repugnans  
mortaliati datur, quæ ab ipsa virtutis exercitatione  
procedit. Humilis namque non solum honores &  
dignitates, & adulatorum laudationes non appetit,  
verum ipsa quoque pulchritudine humilitatis qui-  
escit, mansuetus non tantum vindictam, & vñlio-  
nem non querit, sed & ipsa sua mansuetudinis pos-  
sessione satiatur: castus non solum carnis impuras  
voluptates aspernatur, sed etiam sua cœl' animi, &  
corporis voluptate contentus. Quam sanctorum  
tranquillitatem, ac saturitatem sub cortice litera  
beatus Iob eleganter involuit, dum ait: Ibi impij  
cessauerunt à cumulo, & ibi requieuerunt fessi ro-  
bore. Et quandam vincit pariter sine molestia, non  
audierunt vocem exactoris. Parvus & magnus ibi  
sunt, & seruus liber à Domino suo. ] Quid est ibi  
nisi in solitudine, in qua iustus ab strepiti peccato-  
rum fugit, & ab omni perturbatione se curarum  
temporalium abscondit? In hac solitudine quoniam  
impij, sed per gratiam Christi ab impietate li-  
berati, & ad iustitiam & pietatem translati cœlant  
à vitorum tumultu, quæ ne à virtutis perturben-  
tur, se ipsis à feditate & clamore eorum diligenter expurgant. Ibi fessi ad res mundanas robore  
diuinæ virtutis, quæ eos ad saecularia infirmos,

Matt. 5.  
Chrysost.  
hom. 15.  
in Matt.

lob. 3.

& ad spiritualia fortes efficit, lati, exultantesque quiescant, quoniam virtutis diuini cumulati, nullo voluptatum, aut honorum desiderio importune mordentur. Ibi antea vincit inanibus desideris, sed nunc subsidio gratiae à nexibus exoluti vivunt sine vincente aut perturbante concupiscentie molestia, nec vocem dæmonis audire sustinet, qui tamquam durus exactor tributa delictorum extorquet, In hanc solitudinis, seu tranquillitatis domum non tantum magni, verum & parui recipiuntur, quia quisque pro mensura virtutis à servitu pecati liberatur, & in regnum à vanis desideriis admittitur. In hoc statu iustitiae, & in hoc felici gusto virtutis Dominus animam adipe frumenti, id est ipsa soliditate puritatis satiat, & aqua interiore munditiae refrigerat, ut implete illud, quod Apostolæ Samaranorum dixit. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sicut in æternum. ] Quid enim sitiat anima, & quid querat viam Ægypti, ut bibat aquam turbidam, & viam Assyriorum, ut bibat aquam fluminis, ] quæ clarissimo, & stabilissimo virtutis fonte potatur, cuius aqua concupiscentie calorem temperat, & quicquid vitiosum est, & quicquid tempore labitur, tunc contradictione fastidit.

At ne prætermittamus causam, propter quam spiritualia bona animo satisfaciunt, & illum desiderii temporalium, exoluunt. Causa quidem est, quoniam ista bona (ut supra tetigimus) propria alimenta sunt animi, quæ Deus in eius conseruatione & augmentum spirituale produxit, ideoque sine illa dilitione replet, & sine illo fastidio illum exaltant. Sicut enim Dominus in illo felici innocentia statu poma arborum hominibus dedit in cibos, quorum suavitate se oblectarent, & corpuscula alimento indigentia reficerent; ita dat illis in statu iustitiae poma virtutum pulcherrima, atque suauissima, quorum eis non iam mortalia corpora, sed spiritus mentesque sustent. Si autem vnumquodque proprio cibo alitur, sibi à natura tributo, & si illum abundantanter comedat, satiat, quis ambigat virtutis cibum mentem alere, & eam sine molestia satiare, quo potest se non ad angustam mensuram, sed ad voluntarem reficere? Hunc cibum esse, qui anima satisfaciat, & eius expletat desideria, regius vates non difficitur. Cùm enim beatum eum pronunciasset, qui à Domino ad vitam spiritualem eligitur, & in sui consortium assumitur, & in atriis Dei, hoc est, in sancta conuersatione, per quam in cœlū ingredimur, habitator ingreditur, quid dicit? Replebitur, inquit, in bonis domus tua, sanctu est templu tuum, mirabile in æquitate] Vbi id Domine fuerimus assequi, ut in sancta, & pura conuersatione viuamus, tunc non esuriemus, nec sitiemus, quæ cibo nostro vacui, sed domus tua bonis replebitur. Sed quæ sunt ista bona domus tua? an honores mundani omni vento inaiores? an opes peritura, quæ si fures non effodiāt, nec tinea cotrodat, sua corruptibilitate depereunt? an fœdæ deliciae, quæ vilia etiā imumenta presumunt? non sunt ista Domine bona domus tua, qui sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Domus tua templum tuum est, vel illud cœlestis, in quo ab Angelis, & sanctis possideris; vel istud cor humanum à vitiis expeditum, in quo sanctis affectibus adoraris. Hoc templum tuum sanctum est, quia tibi consecratum, quia virtutum ac donorum varietate vestitum. Hoc templum tuum æquitatis plenum est, in quo & tibi, & proximis debitum redditur, & nihil ab aliquo per iniustitiam accipit. Ergo bona huius templi tui, huius domus tua virtutes sunt, sive illæ, quibus quisque se ipsum, & sua interiora ordi-

nat, sive illæ, quibus proximis non debita denerat. His bonis replebitur, & saturabitur, cum secundum præscriptum domus tua, & secundum leges spiritualis conuersationis vivemus. Alio verò loco ista virtutis bona non tantum animam & vires eius explere, sed & desideria nostra satiate commemorat. Qui replet, inquit, in bonis desideriorum tuum, renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. ] Quid ô homo, desideras? An peccatorum veniam? an vulnus medicinam? an de spirituali morte victoriam, an donorum & miserationum abundantiam sed replebit ille his omnibus bonis desideriorum tuum, ut quod postulaueras, assequaris; quod desideraueras, teneas, & bonis, quæ siteras, facieris. Quid autem est: Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua? nisi quod sicut homo optimis cibis abundè refectus, tum esurient, & imbecillitatem pellit, tum vires ad laborandum, & currendum resumit: ita anima spiritualibus bonis repleta, fortior ad bona, quæ non habet, consequenda, & robustior redditur, & in dies nouis virtutum incrementis cumulatur. Huius versiculi renouabitur ut aquilæ iuuentus tua ] interpretatio est, illa Apostoli Petri sententia: Sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si ramen gustatis, quoniam dulcis est Dominus. ] Illi namque diuinam dulcedinem gustant, qui bonorum operum experimento, virtutum cibis saginantur. Hi verò lacte doctrinæ cœlestis pasti, (quæ non tantum in cognitione virtutis, sed in operatione quoque posita est) lac, quod nondum acceperunt, audiē concupiscunt, secundum illud: Qui edunt me, adhuc esurient, ] ut quotidiana saluberrimi cibi sumptus, viribus augentur, & ad præcipienda noua perfectionis incrementa conualescant.

Si ergo nos bona temporalia quantumvis magna, & copiosa non explet, & bona spiritualia vel leuiter gustata faciant, & ad expugnandam arcem perfectionis magis magisque corroborant, contemnamus illa quasi inutilia, & appetamus ista; atque in his nostra desideria, & cordis nostri faciem, & sitim occupemus. Melius est, ô homo, inquit Salomon, vide quod cupias, quæ desiderare quod nescias. ] Opta itaque humilitatem, spiritus paupertatem, vita & morum integritatem, quam si rectè concipiueris, aliquando non à longè, sed propè, imo & in tuo corde videbis. Non verò desideres temporalia bona, quæ nescis, an tibi vilia futura sint; & ea numquam usque ad satietatem apprehendes. Patres illi legis antiquæ fœlices existimati sunt, quia solum iuxta fidem defuncti, & non acceptis regis Messia promissionibus, sed à longè eas apcientes & salutantes abiurant. Quanto tuillis beator, atque felicior, quia si Christum cupis, & virtutis studium, ac eius imitationem exoptas, non illum à longè aspicis, nec post multa tempora nascirurum saluras, sed iam natum, iam passum, iam viuentem, iam gloriosum. & ad dexteram Patris assumptum, vita sequeris, imitatione tenes, sanctis affectibus in corde reconcidis, & post casum infirmi patieris, id est, mortalis carnis, non per speculum in ænigmata, sed facie ad faciem ipse videbis. Hoc sumum bonum tam præsens concupisce, hanc pulchritudinem non iam longè positam, sed propinquam desidera, quæ te non famelicum, & stolidum relinquet, sed vel modica copia sui omnes sinus tui cordis explabit. Si Christum sponsum dulcissimum semel perfectæ virtutis ministerio possideris, sat scio ridebis omnipotens tempus

Psal. 147.

Ioan. 3.

Ierem. 3.

Gen. 2.

Psal. 64.

Psal. 101

I. Pet. 2.

Ecccl. 2.4.

Ecccl. 6.

Hebr. 11.

*Iona. 14.* temporalia, & tui cordis tranquillitatem admiraberis, & dices non sine canticis, & iubilo, pauca immutatis illud beatissima Agnus: Quod concupiui, iam video, quod speravi, iam teneo, ipsi sum iunctus in intimis meis, quem in primordiis conuersonis meæ tota deuotione dilexi. ] Si enim Dominus in cordibus illorum habitat, qui charitate ornati sunt, iuxta illud: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum venimus, & mansionem apud eum faciemus.] Quid mirum, si ipsi Deum possidentes tanto bono saturentur, tantis diuitiis repleantur, & summa pulchritudinis, & sanctitatis (qui Deus est) possessione latenter. Quod si verum est illud Salomonis prouerbium, & non dubium, quin verum sit: iustus comedat, & replet animam suam: venter autem impiorum infaturabilis:] ne desideremus, quæ impiorum desiderant, quæ licet possessa, semper nos vacuos, inanes, & adhuc desiderantes relinquent, sed quæ iusti desiderant, cupianus. Hac nostra desideria replebunt, hæc cordi nostro pacem & tranquillitatem impertient. Quod licet amplius proficere appetet (nam nolle amplius spiritu crescere tepidorum est) non tamen eo, quod habet licet parum sit, vacuus & inanis permanebit. Mirum in modum igitur anima ad cupiendam perfectionem excitatur, dum vider sua desideria numquam bonis temporalibus satiari, & sola charitatis, & virtutis (qua Deus habetur) abundantia repleti.

*Quartum excitorum desiderij perfectionis, quod Deus impensè vult, ut perfectionem queramus.*

C A P. VIII.

*Ecccl. 10.* **N** curis & palatiis regum multa sunt, quæ apud aulicos valent, & eos ad diversa studia, & varias occupationes levandas, impellunt, sed nihil est inter hæc omnia, regis desiderio ac voluntate potius. Hac enim, ut primum cœlum alios inferiores orbes secum rapit, ita voluntates subditorum mouet, & ad id, quod rex vult, sive bonum, sive malum, perficiendū inclinat. Nec claus in potestate peritissimi gubernatoris positus, tam facile nauim huc aut illuc dirigit, quam una voluntas principis maiorum ac minorum voluntates, seu desideria gubernat. Secundum iudicem populi, inquit Ecclesiasticus, sic & ministri eius: & qualis est rex civitatis, tales & inhabitantes in ea. ] Si rex bellicosus sit, & ad pugnas & prælia proclivis, tunc apud suos disciplina militaris viger, tunc nemo est, qui non bellorum desiderio ardeat, & qui non lætus arma ad pugnandum aripiat. Si rex paciens sit, & quietus, tunc florent literæ, tunc optimi gubernatores turmatim prodeunt, qui quæ ad pacem pertinent, prudenter tractent, & tempore publicam in serena quadam tranquillitate contineant. Si rex iustitia, & integratatis amator sit, statim virtus diffagunt, & aulici, si aliquando præ carnis fragilitate delinquant, tamen summa cura defensus suos ab oculis regis abscondunt: si vero vitiorum, ac libidinum sit affectator, tunc omnia iniquitatuum genera in regnum irrumpunt, & de virtutibus læta triumphant, implerisque in subditis illud Isaia, quia peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec absconderunt] in modo tamquam de rebus pulcherrimis de flagitiis se laetant. Rex iustus, inquit Sa-

*A* lomon, erigit terram: & rex insipiens perdet populum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum potentium. ] Ipsi omnes libenter obtemperant, & ut est in libro Esdras: si dixerit, occidite, occidunt; dixerit, remittite, remittunt: dixerit persecutio, persecutiunt: dixerit, exterminate, exterminant: dixerit, adficiate, adficiant: dixerit, excide, excidunt: dixerit, plantant, plantant: & omnis plebs, & virtutes eum ob audiunt. ] Tantum vales apud subditos principis voluntas, & regis à domino dominationis concessa potestas. Satis aperte istud in historia Herodis conspicitur: qui ad adventum Magorum, & ad nouum, & inauditam corum interrogationem turbatus est, & omnis, inquit sacer scriptor, Ierosolyma cum illo. Vna enim perturbatio capitis tamquam vertigo totum corpus regni turbavit, & hæstitatione, atque affectu principis impedituit. Alter autem Herodes prædicti filius, & iniqui genitoris iniqua progenies, Saluatorem nos humilitatis viam edocentem, & vanitatem opinionum mundi huius ostendentem, spreuit, & statim exercitus ducem sequutus est; & quem imperator spreuit, milites spreuerunt, cui illus, illusserunt, & stulti vestre circumdatus salutis Authorum amandarunt. Quem si Herodes suspexisset, absque dubio, & ipsi suspicerent, & reuerentiæ signis honorarent. Quid nunc morer, & primam illam ac miseram mundi tragediam commemorare, quia virus Lucifer inter Angelos primatum tenens, & superbia turgidus, terram Angelorum partem eodem morbo, quo ipse ægrotabat, infecit, & è cœlesti sede in terrarum deturbavit? Cauda eius, inquit, nec dubium, quin imitatio eius, trahebat tertiam partem stellarum. ] Hæc mala affuerunt populis principes mali, è contrario vero populus ad omnem virtutem, & integritatem instigant principes boni. Nam & virus Ezechias, impissimi progenitoris excella dissipauit, statuas contruit, lucisque subuertit, & subditos ad impietatem, & idololatriam currentes suo exemplo ac voluntate detinuit, & in vnius viri Dei cultum reuocauit. Quare mihi videtur voluntas principum tintura comparanda, quæ voluntates minorum eo colore imbuit, qui in regis mente præfulget. Nam si ista sit impura, atque præpostera, subditorum voluntates fœdat, si vero æqua, & iusta, corundem voluntates rectificat.

*C* Ecclesia autem regnum quoddam est, non peritrum, sed perpetuum, aduersus quod portæ inferi non prævalebunt. ] Huius regni ipse Deus noster est rex, de quo inquit David: Quia Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos. Quia in manu eius sunt omnes fines terra, & altitudines montium ipsius sunt. ] Äquum est ergo, ut nos populus pacem ei, & oves manus eius, ipsius voluntate gubernemur: ipsiusque sanctissimis desideriis annuamus. Satis enim honorificum nobis est, regis nostri voluntati non contradicere, & admendum viule ad eius nos desideria conformare. Sed quis nobis edicet voluntatem Domini, quis desideria nostri regis aperiatur, ut ea implere satagamus? An ipse, qui apud Ieremiam dicitur bellator fortis, optat ut bellatores simus, & nihil aliud nisi arma, & bella, ac pugnas resonemus? An forte ipse, qui etiam vocatur princeps pacis. ] vult ut in pace, & tranquillitate vivamus? Et quidem utrumque cupit, & in nobis subditis suis impensè desiderat. Nam ut ad perfectionem, & sanctitatem alpemus, vehementer optat: quæ & bella aduersus virtutia, & immoderatas affectiones nostras, & pacem cum virtutibus, & cum proximis nostris concor-

*Ecccl. 10.*

*3. Esdr. 4.*

*Matt. 2.*

*Luke 22.*

*Apoc. 12.*

*4. Reg. 18*

*Matt. 16.*

*Psalm. 94.*

*Iere. 20.*

*Isaia 9.*

diam

Psal. 13.

diam includit. Hoc autem esse desiderium Regis, ac Dei nostri, propheta regius non obscurè indicat, dum ita canit: Dominus de celo profexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requitens Deum. ] Si enim quisque attentè respiciat, an ea fiant, quæ fieri desiderat, non dubium quin Dominus homines sapientes, & se sequentes, & diligentes exquirens, eos in mundo esse, & in omni sanctitate perfuerate vehementer affectet. Nec solum de celo despernit, vt homines aspectu suo salutari à peccatis abducere, & ad amorem sanctitatis conuerteret, sed & vt hoc efficacius suauiusque præstaret, de celo in terram ipse descendit. Postulansque in medio mortaliū, vt eis cauam sui aduentus patefaceret, non sine clamore & magna sui desiderij ostensione effatus est:

Iohann. 7.4

Si quis sit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aqua viua. ] Ipse sitiens salutem nostram, & sui nostræ perfectionis arctatus, nihil hoc loco nisi st̄im suam cogitat, quam scit, non nisi sita nostra posse restinguat. Ideo sitibundos querit, sitiens vocat, aquam vivam suspirantes compellat, qui iis, quibus le pro amore Dei priuant, eius st̄im exaciant. Nec tamen sine mercede rebus saceruli abstinent, vt sancti fiant, & sua puritate Deum sicutem poterint, quoniam in præmium non aquam turbidam, sed aquam vivam, & in vitam æternam salientem ipsi recipient. Descendit igitur Deus, vt homo ad sanctitatem ascenderet, exsurgit ille, vt iste vesceretur, & suauissimos virtutis cibos nequamquam fastidiret. Declinavit ad eum, inquit per Olearium, vt vesceretur. Declinavit, cum carnem induit, domos luteas incoluit, & inter homines ambulauit, id verò fecit, vt homo audiessimè virtutis cibos comedere, & scipiplum immortalitatis pane reficeret. Declinavit ad nos, quia famem, & st̄im nostri perfectus patiebatur, vt dum nos suis monitis & exemplis proficeremus, ipse se profectibus faciat. Hos quippe eis cibos, quibus spiritualis Iacob pater noster libenter vescitur, & quos præ omnibus appetit, Bernardus in hunc fere modum exponit. At paciens ita puto, nihilominus pascitur ipse, & quidem escis, quibus libenter vescitur, profectibus nostris. Etenim gaudium Domini fortitudine nostra. Ita ergo & cum pascit, pascitur, cum pascit, simul nos suo gaudio spirituali reficiens, & de nostro æquè spirituali profectu gaudens. Cibis eius præminentia mea, & cibus eius salus mea, cibus eius ego ipse. An non cinerum tamquam panem manducamus? ] Ego autem quia peccator sum, cinis sum, ut manducar ab eo. Mandor, cum arguor, glutor, cum insitior, decoquor, cum immutor, digeror, cum transformor, vnior, cum informor. ] Nec putandum est, cibum istum salutis nostræ, & perfectionis nostræ, quia cineri comparatur, esse gustui Domini insulsum, & ob id minus appetibilem: nam solent interdum nimis ægroti cibos dulces, & salubres horrere, & cibos insuaves postulare. Ideoque Dominus qui, vt est in Isaia, ægrotationes nostras assumptis, ] & morbo impatiens amoris in cruce decubuit, cibos dulces, id est, homines corpori seruientes, & in croceis, & in lectulis delicatis lascivientes exhorruit, & mentes contritione amaras, & cinere humilitatis cooperitas, velut cibū suauissimum appetiuit. Hoc ergo desiderium puritatis, & profectus nostri aeterni Regis mentem sollicitat, illudque in cruce manifestare voluit, dū quasi omnium suorum laborum oblitus, solius sitis memoriam fecit, dicens: Sito: ] Qui enim doles & cruciatus intolerabiles, ignominias hor-

Osee. 14.

Bernar.  
ser. 71. in  
cant.

Psal. 10.

Isai. 53.

Iohann. 19.

ribiles, & contemptibilem nuditatem, patientissime sustinebat, bene posset sitim dissimulare, nisi eam ad ostendendum desiderium nostra perfectionis manifestare oporteret. Nam dixit: Sitio. Nam desideria sui purissimi cordis aperuit. Nam ostendit se ignorare peccatis nostris, & singulis momentis nos beneficiis ostendere, vt a nobis aquam puritatis extorquet, ne illi acerum, & fel imperfectionum offramus, (est enim detestanda ingratitudo) sed quod ipse perit, & cupit, nimur vitam quoad fieri poterit, immaculata puramque donemus.

Non sola verò illa vox, Sitio, in cruce prolata, huius est desiderij nostri Regis indicium, verum omnia quecumque inter homines vivens, dixit, & fecit, & quæcunque nunc ad opus nostra salutis operatur, aperte indicant sue voluntatis, & desiderij esse, ne nos pereamus, ne tamquam in cœno in virtutis, & imperfectionibus hæreamus, sed ad omnem virtutem, & sanctitatem aspiremus. Ad quid enim ambitionis, & inanis gloria, & indignationis, & aliorum vitiorum fœditatem patefecit, nisi, vt nos, quæ ipse odio habet, detestaremur? Ad quid virtutis pulchritudinem, & bonorum operum paratam mercedem edocuit, nisi vt ea se cœtaremur? Ad quid legem Euangelicam tulit, sacramenta constituit, exemplo, ac verbo in via virtutis erudit, & immensis beneficiis allexit, nisi vt eius desiderium, quod non est aliud, quā salus nostra, diligenter imploremus? Ad quid tandem nunc interius inspirationibus, & exteriori voce maiorum moner, bene gesta laudat, & præpostorē facta reprehendit, nutantes confirmat, dormitientes excitat, hæsitantes instimulat, currentes animat, postulantes exaudit, & remedium salutis poscentibus opitulatur, nisi quia vult, vt omnes (quod ad se pertinet) vniuersis virtutis, & peccatis abstineant, & sanctitatem, ac omnium virtutum thesauros consequantur? Si qui verò ad aliquam huius interna salutis portionem perueniant, ipse gaudet, vt amantisimus Pater; ipse Angelos, & sanctos ad gaudium & lætitiam inuitat, ipse nouis desideriis innovatum, & nouo furore ad vitam spiritualem conuersum, amplexatur, dicens: Manducemus, & epulemur; quia hic filius meus mortuus erat, & resurrexit, perierat, & inueniatur. ] Dies namque lætitia est summa beatitati, cum in aliquam animam stillam suorum bonorum effundit, & exultatio est bonus & iustus, si videant, aliquem nunc primum iustitiam sectari, & viam sanctitatis arripere. Sophonias quidem spiritu Dei actus, hoc Dei desiderium, vt ad perfectionem curramus, & hanc eius lætitiam, si currimus, uno loco coniunxit Dominus Deus tuus, inquit, in medio tui fortis, ipse saluabit, gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione sua, exultabit super te in laude. ] Deus quippe fortis est in medio animæ, quia ad eam protegendar, & liberandam in medio cordis eius inhabitat. Ipse eam saluat, id est, à peccatis, à periculis, à dæmoni temptationibus liberat: & hoc ipso se animæ salutem, & puritatem desiderat, & futre patefacit. Gaudet super eam lætitia magna, cum viderit eam ad sanctitatem currere, & ad omnem virtutum perfectionem festinare. Quis enim non gaudeat de bonis suis? Bona autem nostra, & perfectio nostra, bona Dei sunt, quia sicut nos membra eius sumus, ita nullum bonum, quod ab eo alienum sit, in nobis metis habemus. Quod si aliqui defectus, aliquæ maculae in anima perseuerent, ipse silet ob dilectionem suam, quia illam diligit, & patienter dissimulat, non vt maculas probet, sed vt eas opportuno tempore abradaat. Nec

Lue. 3.5.

Sophon. 3.

folium

August.  
epistola  
85. ad cō-  
sensem.

Zachariah. 8.

Iob. 5.

Greg. 6.  
mor. 18.

Deut. 32.

solum gaudet, sed exultat, & quasi tripudiat ob concepcionem animæ à te dilecta puritatem, & Patrem, qui illam prælegit, & vocavit, & nunc ad capillendam perfectionem adiuuat, iubilo perpetuo collaudat. Idque merito, quoniam ad hoc Saluator noster venit in mundum, ut nos regeneraret, ut imaginem peccati deleret, & nos fratres suos, & Dei filios, eique similes faceret. Hoc verò tunc ipse consequitur, cum nos Adæ vetusta indumenta deponimus, & iustitiae vestem induimus. Vnde bene Augustinus ait: Cogitemus nos tanto similiores Deo quanto esse poterimus eius participatione iustiores. Si ergo eius opus est regeneratio nostra, si eius opus est sanctitas, & puritas nostra, quid mirum, si desiderer opus suum perfici, & sanctitatem à nobis comparari? Quid mirum, si gaudeat & exultet, cum nos viderit eam virtutis mensuram acquirere, propter quam nobis dandam, tanta & tam mirabilia fecit, & tot laboriosa & indigna sustinuit?

Et sanctè (vt omnia dicamus) hoc Dei desiderium, quo nos sanctos ac perfectos esse cupit, zelus est, qui metas iam desiderij transit, & omnem iustitiae famam, ac omnem stirim excedit. Sicut enim sponsus qui amore zelotypia exstuat, solet sponsam miris modis affligere, & custodibus, & vestibus, ac seris obseruare, timens in amore confortem: ita Dominus, qui ait apud Zachariam: Zelatus Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam] non tantum ab anima amari desiderat, sed eam ne aliud amerit, quoque in rebus visibilibus suum amorem collocet, tribulationibus pulsat, & tristitia ac doloribus percutit. Hinc quosdam iustos corporis doloribus & ægritudinibus tangit, alios desolationibus, & ariditate mentis exercet, alios damnationi tentandos, & timoribus affligendos tradit, alios ab hominibus spoliari, & lacerari permittit, non quia eos odio habeat, sed quia vita ipsorum emendationem & perfectionem desiderat. Quare desiderium transit in zelum, quem sola virtus puritas leniet, solum studium perfectionis inficit. Hoc zelus incitat ipsi vulnera nos, & medetur, ut ait Iob, percutit, & manus eius sanabunt.] Vulnera nonanquam exterius iustum corpora, ut animalibus medeat, & vitiorum ulceribus curationem afferat. Percutit quoque aliquando afflictionibus, & tristitis ipsorum animas, ut eas ab amore tenebrorum abducat. Et manus eius, quæ percutit, ipso vulnere salutem facit, qui tribulatione, aut labore tamquam aptissimo medicamine, in ipsam mentem incolunitatem virtutis inducit. Hunc verò sensum his verbis Gregorius aperit: Duobus modis omnipotens Deus vulnerat, quos reducere ad salutem curat. Aliquando enim carnem percutit, & mentis duritiam suo paurore tabefacit. Vulnerando ergo, ad salutem reuocat, cum electos suos affigit exterius, ut interius vivant. Vnde per Moysem quoque loquitur dicens: Ego occidam, & ego vivere faciam; percutiam, & ego sanabo.] Occidit enim, ut vivificet, percutit, ut sanet: quia idcirco foris verbera ad mouet, ut intus vulnera delictorum citer. Aliquando autem etiam si flagella exterius cessare videantur, intus vulnera infligit, quia mentis nostra duritiam suo desiderio percutit, sed percutiendo sanat; quia terroris sui iaculo transfixos, ad sensum non rectitudinis reuocat. Corda enim nostra male sana sunt, cum nullo Dei amore lauantur, cum peregrinationis lux ærumnam non sentiant, cum erga infirmitatem proximi, nec quamlibet minimo affectu languescant, sed vulnerantur, ut lancentur, quia amoris sui spiculis, mentes Deus insensibiles percutit, moxque eas

A sensibiles per ardorem charitatis reddit. Vnde & sponsa in cantis cantorum dicit: Vulnerata charitate ego sum. ] Male enim sana anima, argue in huius exilij statu cæca securitate prostrata, nec videt Deum, nec videre requirebat: percussa autem charitatis eius spiculis, vulneratur in intimis affectu pietatis, ardor desiderio contemplationis, & miro modo vivificatur ex vulnera, quæ prius mortua iacebat in salute, astutus, anhelat, & iam videre desiderat, quem fugiebat. ] His omnibus declarat Gregorius quam ob causam nos Deus aut interius, aut exterius feriat, ut scilicet tamquam zelator fortis, animas nostras in solo suo amore contineat. Quare satis ostendit se salutem ac perfectionem nostram impense percupere, quam inspirationibus, præceptis, consiliiis, beneficiis, & plagiis in nobis tum efficere, tum augere procurat. Si ergo omnes subditi se ipsos voluntati & desideriis regis accommodat, & ea omnimodis implere satagunt; nos qui summi Regis serui, & habemur, & sumus, qui insignibus domus eius induimur, qui in præmium æternum oculos mentis intendimus, æquum est, & omnino debitum, ut eius voluntatem fecitemur, & eius desideria compleamus. Ostendamus nos seruos, & filios Dei in hoc, quod si ipse salutem nostram sit, perfectionemque desiderat, eandem nos non tantum desiderare, sed & opere, ac vita conuersatione exercere curemus. Sit voluntas Dei apud suos, apud illos scilicet, quos non tributis onerat, sed sanguine suo redimit, regis terreni voluntate potentior. Et si haec nonnumquam à iusto deuians, subditos ad proprium excidium, & perniciem pertrahit, illa semper recta, immo ipsa rectitudo spirituales viros ad summam animarum suarum dignitatem, scilicet, perfectionem, abducat. Vna voluntas Mosis cupientis tabernaculum edificare Domino, populum vniuersum adegit, ut libentissime opes suas, & quicquid habebant, in opus destinatum tribuerent. Egredisse omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obulerunt mente promptissima atque deuota primicias Domino ad faciendum opus tabernaculi testimonij. ] Vna etiam voluntas Salomonis, templum extruere volentis, vniuersos Israëlitas ad edificationem incitauit, & plurimos eorum ad labore applicuit. Elegitque res Salomon operarios de omni Israel, & erat iudicio triginta millia virorum. Mittebæti eos in Libanum decem millia per menses singulos vicissim. Fueruntque Salomonis septuaginta millia eorum, qui onera portabant, & octoginta millia latomorum in monte, absque præpositis, qui prærant singulis operibus numero trium millium, & trecentorum, præcipiuntum populo, & his qui faciebant opus. ] Horum principum voluntas in subditos suos hoc potuit, & voluntas omnipotentis Dei nos creaturas suas, ad templum perfectionis extruendum applicare non poterit? Evidenter poterit, & faciet quodcumq; voluerit, nos non sumus servi rebelles, sed obediamus ei, Regis nostri voluntatem sequamur, summi Imperatoris desiderio formemur, quod ipse in nobis vult, velimus; quod ipse cupit, cupiamus: & ad perfectionis, & puritatis animarum nostrarum opus, quod ipse in nobis perficere cupit, festinemus.

Exod. 35.

3. Reg. 5.

Quintum

*Quintum excitorum desiderij perfectio-  
nis: quod ipsum est signum inhabitan-  
tis gratia.*

## C A P. IX.

Mnes homines incessit cupiditas occulta noscendi: hæc ad ea quæ mentis oculos fugiunt, peruidēda incessanter aspirat: nec intelligentia humana infatibilis appetitus, solarerum cōmuniū cognitione satiatur, sed abscondita & arcana videre cōtendit. Hinc humanæ artes ac disciplinae originem habuerunt, quia mortales rerum nouarum cupidi, ex effectis causas, & ex causis rursum pleniorē effectū, & proprietatum notionem investigarunt. Hinc orta in hominibus esfranatis, & qui nesciunt suis affectibus modum imponere, futorum cognoscendum indistincta cupidus: qua voluntate rerum super alios eminere, & qua Deus sibi referauit, secreta rimari. Hinc in viris studiosis assidua, & importuna operum naturalium investigatione, qua & mentem aliquando utiliter, aliquando infatuosè occupant, & corpus extenuant, & plures annos, in id interdum omnem ætatem infundunt. Huic naturali appetitu sciendi, quatenus ratione & virtuti subiectus est, graia se interdum accommodat, dum spirituales viros ad meditanda cœlestia, & ad profundorum Dei inquisitionem inclinat. Quæ profecto rerum naturalium etiam abditissimarum cognitione vtilior est, quia meliora & aliora consequitur; quia in diuinæ sapientiæ, bonitatiæ & potentia admirationem rapit; quia pios & sanctos affectus excitat, & voluntatem ardentissimo ac purissimo amore conditoris inflammat. Inter hæc vero, quæ naturam superant, eorum cognitione si non anterior, at iucundior est, quæ adipsum scientem & investigatorum spectat. Nam sicut quæ se ipsum, quæ alium impensis amat, ita quæ ad se pertinent, vehementius liceat desiderat. Quare (vt nunc Saulis superstitionem curiositatem omittam, qui voluit euentum belli excitato Samueli prænoscere) certè Petrus cognoscendi præmium desiderio tenebatur, quo omnium rerum dimissio, esset sibi, & aliis Apostolis Domini liberalitate soluenda. Filii quoque Zebedæi ad postulandas primas sedes venerabilem matrem impellunt, vt scirent, quam sörtem in regno Christi, quem ve locum essent occupaturi. Et omnes discipuli in celebri illa cena de primatu contendunt, non tantum ambitione excellendi, sed etiam desiderio sciendi, quæ fors apud Dominum illos maneret. Ac forsitan ob id Apostolorum princeps est reprehensus, quod non tantum genus sua mortis, sed etiam discipuli dilecti auctor est interrogare, quasi in hoc immoderatam sciendi concupiscentiam præferret, quæ non eorum, quæ ad ipsum pertinebant, cognitione faciat. Et audit: Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere.] Quæ dicta sunt, ut videamus quantum homini placeat cognitione futorum euentuum, aut eorum ad se pertinentium, quæ, quia naturam superant, supremi gubernatoris decretum abscondit. Quod si quælibet notitia secretorum homini grata est, quæ gratum ac iucundum erit illi, anima suæ faciem aliquo modo cognoscere, quæ nec corporeis oculis videri po-

A test, nec sine speciali Dei auxilio, mentis luminibus spectari. Voco autem nunc faciem animæ, gratia diuinæ pulchritudinem, qua à Deo grata & amica cognoscitur, tamquam filia, aut sponsa charissima cordis affectibus adamatur. Anima enim quæ peccato fœdata est, quasi sine facie est, quia Dei imaginem, diaboli formæ, scilicet peccato, supposuit, & diuinam similitudinem in donis supernaturalibus constitutam, cœno iniquitatis obliniuit. Hanc faciem sanè pulcherrimam homo, sine speciali Dei illustratione certo, & sine dubio non potest cognoscere, quia nemo scit, an amore an odio dignus sit, ] potest tamen ex aliquibus indiciis, & ex probabilibus argumentis verosimiliter coniectari. Quæ cognitione licet obscura, & minus certa, rerum naturalium cognitione certissima, tum præstantior, tum charior, & utilior est, quia non naturam, sed gratiam, rem utique altiore pandit, quia donum præstantissimum, & amplissimum hominis detegit, quia in nobis gratitudinem aduersus Deum, & amorem, & desideria proficiendi succedit.

B Istius faciei animæ, sive istius gratia animæ insidentis, & eam supra quam dici possit, ornantis, duodecim superius indicia tetigimus, quibus homo utcumque cognoscit, se Deo gratum, & amicum existere, vnum tamen in hunc locum distulimus, quod in nobis desiderium perfectionis exciter, & ad omnis virtutis desiderium instiger. Illud autem est ipsummet desiderium perfectionis, quod qui non segne, non infirmum, sed ardens, & accensum habuerit, & ad opera mortificationis, & noui profectus incitans, si iam peccati statum exuisse, & gratiam, ac animæ pulchritudinem impetrasse, de diuina misericordia præsumat. Neque id inepte, quia vehemens iustitia & perfectionis desiderium eandem iustitiam præsupponit, quæ non animam obtineret, numquam illam tam efficaciter ad querendam sui perfectionem moueret. Profecto Leo Papa ita sentit, & ita loquitur, quasi magnum iustitia desiderium, ab ipsam iustitiae procedat. Felix mens, ait, quæ hunc concupiscit cibum, & ad talem astutam potum: quem utique non experiet, si nihil de eius suavitate gustasset. Audiens autem dicentes sibi propheticum spiritum: Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus] accepit quandam supernæ dulcedinis portionem, & in amore castissimæ voluptatis exarxit: vt speris omnibus temporalibus, ad edendam bibendumque iustitiam toto accenderetur affectu, & illius primi mandati apprehenderet veritatem dicentes: Dileges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: quoniam nihil est aliud diligere Deum, quam amare iustitiam.] Ex quo inter alia illud habemus, quod nostram assertionem confirmat, amorem scilicet, ac desiderium iustitiae, quod verum & efficax sit, nequam ab amore Dei posse diuelli. Si autem hic à Dei per gratiam praesentia dimittat, iustitia quoque & perfectionis desiderium, eandem gratiam præfentem indicat, quæ animam iam iustitiam prægstantem, ad ampliorem amorem eius allicit. Deus intus habitans est, qui ianus cordis nostri pulsat, qui faces huius lancea concupiscentia admouet, qui hunc signum desideriorum exfuscat, qui animas charitatis ictus ferentes postulationibus maioris gratia, & amphoris puritatis accedit. Iam ista anima venam purissimi auri, id est, charitatis inuenierunt, quam tanta auditate perfundunt. Iam cibum virtutis suavissimum prægstarunt, quem tam insuetis modis, & tot lanctis

Ecccl. 9.

Lib. 2. c. 3  
& 4.Leo fer.  
omnium  
sanct. c. 5.  
Psal. 22.

Matt. 22.

C D E B

E

ad inuen

1. Reg. 28

Matt. 19.

Matt. 20.

Luc. 12.

Ioann. 21.

aduentionibus, ad comedendum inquirunt. Iam intus spousum habent, à quo tam potenter trahuntur, & post cuius odorem tam velociter currunt. Arborēs, quae si nondum fructus, at flores emittunt, vitam quidem vegetatricē partūcāt, sine qua nullo modo florerent, nec aduentum fructuum, florū odoribus quālī vocibus prænuntiare: ita qui sanctōrum desideriorum floribus exornantur, & vera concupiscentia sanctitatis rubescunt, non sunt longe ab spirituali vita, quo post flores desideriorū abunde fructificat. Quelibet enim vita, sua habet desideria, & sua opera, ex quibus velut ex effectibus, & proprietatibus, qualis ipsa sit, aperte dognoscitur. Vita ambitioni & superbia dedita, desideria superba & ambitionis profecta: vita auaritiae & questui desideriū, desideria habendi, & congregandi diuitias gignit: vita voluptatibus impuris addicta, turpia & obscena desideria procreat: vita carnalis desideria carnalia, & vita spiritualis desideria spiritualia emitit. Qui ergo desideriis spiritualibus sollicitantur, ut virtutem querant, & cordis munditatem ament, puritatemque promoueant, non yidentur diuina gratia, id est, vita spiritualis, expertes. Christus in eo coniuio recumbit, vbi communes aqua in optimā vīna vertuntur: qui in finem conuiuij, id est, in tempus gratiae, ad quām timores pœna, & promissiones præmiorū ordinantur, optimum vinum referunt, iuxta illud: Tu autem seruati bonum vinum usque adhuc.] Ergo & Christus ab illo corde non absit, in quo frigida terrenorum desideria in seruida perfectionis desideria commutantur, quæ pristina ebrietati remedium afferunt, & mentem sobriam, & omnis boni amaritatem inducent. Nam quis poruit terram nostri cordis sanctis desideriis excolare, & immunda, atque inquieta temporalium desideria conuellere, nisi ille, qui in medio discipulorum positus, pacem, quam ore protulit, mentibus attulit, & uno verbo omnes timores, & omnem turbationem profligauit?

Ita itaque perfectionis desideria iudicia sunt inhabitantis gratiæ, quæ animæ vitam, & nonnullam salutem attribuens, opera perfectionis ut suauia proponeat, & in eis non amaritudinem, sed dulcedinem sentit. Ille namque cibis cœlestis, & Angelorum manibus populo illaeluco præparatus, omnii saporum habebat suauitatem, quam (testē Augustino) non omnibus, sed bonis, & Deo fidibus ministrabat. Illis enim qui dicebant: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis. Nihil aliud respicunt oculi nostri, nisi Manū] fatis insulsus videbatur, cui cibos vilissimos præferabant. Ita virtus, atque perfectio, iustis & bonis dulcis est, malis & iniquis infusa, & amara. Unde, qui perfectionem dulcem, & suavem sentiunt, & eius suauitate illeēti nihil aliud quam sui abnegationē, quam virtutis opera, quam mentis puritatem esurunt, & sentiunt, metuēt cum iustis computantur, à quibus nec desideriis, nec vita desiderant. Quam ob tem Bernardus optimè non tantum virtutis opera, sed etiam virtutis desideria gratia signa esse confirmat. Testimonium, inquit, præsentia eius præbent opera ipsa salutis, & vita, quæ nullatenus agere possemus, nisi spiritus, qui vivificat, spiritus Saluatoris adest. Quæramus igitur, ut dona sua multiplicet Deus in nobis & spiritu suomageat, qui iam primitias dedit. Nullum enim omnino præsentia eius certius testimonium est, quam desiderium gratia amplioris, quoniam ipse dicit: Qui edunt me, adhuc esurient; & qui bibunt me, adhuc sitient. Et quidem sapienter ex isto loco Ecclesiastici, suam, ac nostrā assertionem

Iohann. 2.2.

Iohann. 2.0.

Sap. 1.6.

*Ang. epif.  
118. ad  
Ianuari. c.  
3. & 2.76  
tra. c. 2.0.  
Num. 12*

*Ber. ser.  
de sancto  
Andrea.*

Ezec. 2.4.

A desumit, quoniam hic cibus, & hic potus perfectionis talis natura est, ut qui aliquam pritis stillam eius non hauerit, numquam illum vehementer desideret. Sicut enim rerum coelitum intelligentiam, aut diuinarum promissionem acceptiōnem antecedit credulitas, iuxta illud: Si non credideritis, non permanebitis, vel (ut verterū septuaginta viri) non intelligetis; ita famem & sitiū, id est, desiderium vehemens perfectionis nonnulla eius possello ordinari p̄cedit. Quare qui hunc cibum suauissimum esuriant, aliquam eius buccellam comederūt, & qui istud pretolum vinum sitiū, aliquem eius haultum biberunt, qui tamquā prænuncius sponsi, pulchra de illo loquens in corde sponsa, scilicet, iusta anima, eius desideriū auxit, eius concupiscentiam ascendit. Iam sp̄ola cōplexus sponsi experta fuerat, quād surrexit, quando ciuitas ē circuuit, quando vigiles interrogauit, ut suauitem ex illo artham amoris acciperet.] Sic anima, quæ desiderio sanitatis capta, ab imperfectionibus surgit, & seipsum, ne aliquid ingratum sponso habeat, vnde que circumspicit, & prælatos, ac magistros spirituales diligenter de via salutis interrogat, iam suauitatem sponsi aliquo experimento cognovit, & aliquem amplexum diuina familiaritatis accepit. Sunt enim in perfectione gradus, & in vita spirituali profectus, qui ordinate dispositi, vnuſ alium prærequirit. Sicut ergo qui sacerdotium appetit, & examen presbyteratus subit, & ad illud rite suscipiendum preparat, indicium præberet, se iam minores ordines, & usque ad Diaconatum perceperit, ita qui anima puritatem sit, qui vel minores maculas eluere satagit, qui affectibus suis imperare gestit, qui in minimis etiam, (vī ea impletat) Dei voluntatem exquirit, non obscurum præberet indicium, quia iam vitam carnalem expulit, magna vitia destruxit, & omnem iniquitatem abegauit.

B Si ergo tanti momenti apud animam esse debet, vincula peccatorū rupisse, & diuinam gratiam comparsū, quanti iustitia est, astmet perfectionis desiderium, quod istam gratiam anima inesse vtcumque parafacit? Dicit non semel ipsa cum sancto Iob: Quis mihi tribuat, ut cognoscam, & inueniam illum, & veniam usque ad solium eius:] Hoc videbile cupiens solium Dei fieri, & illum non solum proprium agnosceret, sed intra seipsum quoque manentem inuenire. Sed hoc, quod anima vehementer cupit, desiderium puritatis, & desiderium Dei non obscurè demonstrat. Neque enim cuperet, quem non agnoscere, neque illum desideraret, cuius aliquando suauitatem non inuenisset, neque illi subesse vellet, cuius præsencia illam non mirum in modum honestasset. Literatus pileum desiderat ferens filis ornatum, quia scientia acquisitam peritiam designat; & nobis non parui reputat crucem albam, videlicet, aut rubream in pectoro, quia eius nobilitatem declarat: & dux exercitus magni astmet ducum & imperatorum insignia, quæ eum non communem militem, sed planducem, & aliorum caput manifestat; ita anima in magno prelio habeat perfectionis desiderium, illudque impensè desideret. Hoc enim ostendit, eam esse sapientem, quæ rerum labientium actionem agnouit, & ideo spreuit: ac rerum coelitum pretium inuestigavit, & ideo concipiuit. Hoc signum est nobilitatis adeptæ, quæ anima ad filiorum Dei dignitatem præcepta, id amat, id querit, id ambit, quod ipsi desiderant, nimurum spiritu crescere, & quotidie amplius Christi virtutibus insigniti. Hoc demum indicium est aliquis iam acquisitus de mundo, de diabolo, & de carnis victoria, quia si anima aliquam libertatem non

Iſai. 7.

Cant. 3.

Iob 2.3.

Mat. 24.

Amb. li.  
7. in Lu-  
camad c  
18.

Pf. 102.

Isa. 66.

accepisset, numquam ad maiorem aspirasset. Interrogatus semel Dominus à discipulis de signo aduentus sui, ac consummationis seculi, inter alia respondit: Vbi cumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquila. ] Hoc signum non tantum illius est posterioris aduentus, quo Dominus mundum iudicaturus adueniet, & seculum quoad mutabilitatem, & corruptibilitatem consummabit, sed etiam medijs aduentus, quo spiritualiter in animam per gratiam venit, & seculi in illa amorem extinguit. Signum vero est aquilarum ad corpus congregatio. Dicat nobis Ambrosius, quid Aquila, corporique designant. Iustorum anima, inquit, aquilis comparantur, quod alta petant, humilia derelinquant, longeum ducere ferantur extat. Vnde & David anima sua dicit: Renuerabitur sicut aquila iuuentus tua. ] Si igitur intelleximus aquilas de corpore, iam dubitare non possumus, maximè si meminerimus, quod à Pilato Ioseph corpus accepterit. ] Christus igitur secundum Ambrosium corporis nomine designatur, eo quod pronostris mortem subiit, & ad vitam nostram in sepulchro corpus suum tribus diebus examine dereliquit. Aquile verò sunt anima iusta, quæ spiritualibus sanctorum desideriorum aliis imaretur terrenarum deserunt, & ad virtutum celsa condescendunt. At ideo cùm his alis, cum sanctis scilicet desideriis, sui puritatem querunt, & Christum imitatione asequi, eique affectibus & operibus adhucere concupiscunt, signum est Christum in illis per gratiam venisse, & amorem seculi superasse. Hoc signum querat anima in semetipsa, quia signum prosperitatis est, & signum fæderis inter Deum, & ipsam, quo Dominum non iam sibi iratum, sed placè propitiū, & placatum agnoscit. Signum est, quod Deus non eam solam, sed multas alias animas eius ministerio saluandas inquirit. Quenam desiderio perfectionis ardet, numquam est steriles, sed ipsum desiderium ad faciendum in aliis fructuum prouocat, aut saltē virtutis exemplo eos docet & monet, & ad vita mutationem inducit. Neque enim omnino incongrue de hoc desiderio potest intelligi illud Isaia: Et ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui saluati fuerint ad gentes in mare. ] Excitabo, dicit Dominus, in iustis meis vehementer perfectionis desiderium, quod est signum aduentus mei in illos, ac gratia mea; & tunc iustam illos in mare huius seculi, ut alios vocent, & operibus bonis tamquam magnis clamoribus ad emendationē viæ conuantur. Qui igitur illuminati à Deo, hoc solum magnum putamus, eius gratiam promerenti, & filiorum dignitatem adipisci, hoc desiderium perfectionis in nobis diuina gratia adiuuante excitemus, quod arrha sit huius excellentissimi boni, & pretiosissimæ margaritæ, quam summis conatibus concupiscimus.

Sextum excitatorum desiderij perfectionis:  
quod non proficere deficere est.

## CAPUT X.

**A** LIOVI forte sunt in mundo à diaboli fallaciis exempti, qui nollent thesauros recondere, & nouas diuitias acquirere, nemo tamen est, qui velit diuitias iam partas pessimamente, & sine villa cauta in mare iactare. Quæ enim mala, & noxia putamus, libenter à nobis abuicimus, quæ vero bona, & utilia sentimus, nullo modo refutamus, quare qui habitas diuitias tu bonas,

A tum viles iudicat, eas disperdere, atque consumere numquam in suam mentem inducer. Viri autem spirituales, & Deo dediti, virtutes, & perfectionis actiones, suas diuitias putant, & quidem sapienter: quoniam eorum possessione, & sibi, & aliis sufficiunt, & in bonorum congregatione ditescant. Ideoque virginibus sapientibus praesignati sunt, quibus sanctorum operum oleum non deficit, ut lampadibus accensis latæ sponsum exciperent, & ad æternas nuptias introirent. Licet ergo aliquando legnitie obruti, & mentisariditate possint, nolint has suas diuitias augere, numquam (vt credo) vellent, quas magnis laboribus iam quæsierunt, dissipare, & paupere, ac mendici permanere. Id ergo eos ad desiderium perfectionis nunc excitet, quod si non nitantur proficere, & virtutem adeptam augere, eo ipso à virtute deficiunt, & opes spirituales iam partas prodigè, & insipienter imminuunt. Doctrina haec difficultis, scrupulosa, immo & aperte falsa sciolis apparebit, qui puerilibus quibusdam rationibus eam evenerit, & labefactare nitentur. Dicent enim fortassis intra semetipsos; si, vt inquit Paulus, sine penitentia sunt dona, & vocatio Dei, ] quoniam modo diuina dona non promouere satis erit, vt extenuentur, quæ Dominus ipse non auferit, sed in nobis sine villa penitentia custodit? Gratiam quoque, & charitatem, ac reliquias (præter fidem & spem) virtutes infusas solum peccatum lethale subvertit. Qui ergo in aliquo gradu gratia, & virtutum positus, numquam in graue peccatum incidit, licet tepidè vivat, & desideria proficiendi deponat, & nullo modo adeptam virtutem promouere curer, nequam ab illo gradu prius adeptu deficiet. Nisi fortasse velimus nos quorundam antiquorum Theologorum opinionem suscitat, qui charitatem peccatis leuibus, si non destrui, at minus putarunt; & ita his peccatis, & similibus imperfectionibus eam extenuari dicamus. Cui doctrinæ meritò vbiique contradicitur: fieret enim, vt quis tandem sine vlo graui peccato, sola multiplicatione minorum, charitatem omnino perderet, & diuinam gratiam amitteret. Quia philosophorum communis, & certa sententia est, finitum finiti ablutione posse consumiri. ] Quare à finita charitate, & gratia, tot posset aliquis leuibus peccatis partes abscedere, vt demum illam omnino dissiparet. Et profectò, si non proficere, deficere est, sine villa intermissione proficieendum est, ne aliquantulum saltē ab adepta virtute excideremus. Ergo cum dormimus, cum cibum sumimus, cum animum infirmitatis causa laxamus, siquidem non proficimus in virtute, regredimur, & aliquid adepti feruoris difficiimus. A quibus operibus natura vtiq; necessariis, cum nec viri sanctissimi, & perfectissimi homines abstinerint, sequitur, illos à prima virtute defecisse, nec merita sua ingiter (prout in hac vita fieri potest) nouis profectibus cumulasse.

B His scientia humana, aut tepiditatis humanæ rationibus, notit spiritualis sapientia respondere, nec difficulter, quoniam est in immensum, omni humana scientia sapientior. Atque (vt nunc eius partes agamus) proferamus primum in medium, quid Ecclesia doctores, nobis diuinitus in lucem dati, de proposita doctrina senserint, & inde melius veritatem eliciemus, ac melius nos ipso timore imminentis malis, ad desideria nouorum semper profectum quarendorum excitabimus. Augustinus quidem (vt principio doctorum sol nobis affulget) non semel, sed ter tepidos, & non proficientes deficere sine villa ambiguitate confirmat. Nam quodam loco sit ait: Tamdiu non relabimur retro, quādū ad priora con-

Roma. xi.

Auguſt.

tendimus:

*Idem sive  
15. de  
verbis  
Apostoli ad  
finem.*

*Idem in  
Psal. 69.  
ante finem.*

*Greg. 3. 4.  
pastorale.  
35.*

*Proph. 28.*

*Apost. 3.*

iēdimus:at vbi cōperimus stare, descendimus, nostrumque non progredi, reuerti est: si volumus non redire, currendum est.] Alio verò loco in hunc modum scribit: Semper tibi displiceat quod es, si vis peruenire ad id quod nondum es. Nam, vbi tibi placuisti, ibi remansisti. Si autem dixeris, Sufficit, & perfici: semper adde, semper ambula, semper profice, noli in via remanere, noli retrò redire, noli deuiae. Remaneat qui non proficit, retro redit qui ad ea revoluitur, vnde iam abscesserat, deuiae, qui apostatait. Melius it claudus in via, quam cursor præter viam.] Et rursus tertio idem repetit, dicens: Hæc vox (scilicet, tu es adiutor meus) perleueret in nobis, fratres. Quantumcumq; hic vixerimus, quantumcumque hic proficerimus, nemo dicat, sufficit mihi, iustus sum. Qui dixerit, remansit in via, non nouit peruenire. Vbi dixerit sufficit, ibi habet.] Seriò nunc tecum expende quid magnum hoc Ecclesiæ lumen in his omnibus verbis edocet. Nō enim solum petit, vt ambulemus, sed vt curramus, si regredi & retrosum abire nolumus in via Dei. Quoniam est tarda, & segnis quedam ambulatio, aut nauigatio, quæ contrariis ventis non valens resistere, pectorum vi, ad portum, vnde feruore exierat, tempore reuertitur. Nec solum ait: Si dixeris sufficit, confidisti, sed perfisi: ] quia non longè à perditione est ingratus ille, qui cùm deberet donis libi concessis Domino gloriam asserere, iniuriam irrogat, & talentum otiolum seruat, & obsequia debita non perfoluit. Quid autem postremò addit? Qui dixerit, sufficit, ibi habet.] Vbi habet? Certe in cœno imperfectionū suarum, in luto miseriarum suarū, in sterquilino infirmatum suarum, quibus, quia malagma non apponitur, semper durior callus obducitur, & nova difficultas admittendæ curationis adiicitur. In eandem sententiam conspirat Gregorius in hac verba. Admonēdi sunt, qui inchoata bona minime consumant, vt causa circumspetione considerent, quia dum proposita non perficiunt, etiam quæ fuerant cœpta conuelunt. Si enim quod videtur gerendum, solita intentio ne non crescit, etiam quod fuerat bene gestum, dectescit. In hoc quippe mundo humana anima, quasi morte nauis est, contra lumen fluminis condescendensis; uno in loco nequam stare permittrit, quia ad ima relabitur, nisi ad summa conetur. Si ergo inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non subleuat, ipsa operandi remissio contra hoc quod operatum est, pugnat. Hic est enim quod per Salomonem dicitur: Qui mollis & dissolutus in opere suo fuerit, frater est sua opera dissipant. ] Quia videlicet, qui cœpta bona districte non exequitur, dissolutione negligentia manum destruentis imitatur. Hinc Sardis Ecclesiæ ab Angelo dicitur: Esto vigilans & confirma cætera, quæ moritura erant; non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo. ] Quia ergo plena coram Deo eius opera inuenta nō fuerant, moritura reliqua etiam, quæ erat gesta, predicabat. Si enim quod mortuum in nobis est, ad vitam non acceditur, hoc etiam extinguitur, quod quasi adhuc viuum tenet. ] Quod dictum Gregorij vehementius sane nostram legitimiē oppugnat. Nam si repudias, & scorum operū dissipator, fratres sunt, & non doctoR aliquis, non turba doctoRum, non Angeli, aut supremi spiritus, sed spiritus sanctus per Salomonem id dicit, non dubium, quin hinc iste sua opera destruit, ita ille sua tepiditate & negligientia connellit. Et si vigilancia requiritur, ne preterita bona pereant, certè negligientia, & oscitania, quæ iam egimus, instar immanissimi hostis sine villa miseratione disperdit. An non negligientia diuitis, inter raptoreS ambulantib; eius opes latrociniis & rapinis exponi? Et nos inter raptoreS ambulamus, &

A inter aduersarios conuersamur, qui oculis lynceis aspiciunt, an possint ali quid suffurari: & negligimus, & dormimus, & ad alia aliena à perfectione nostra curanda, distrahimur: quis ambigat negligentiam nostram esse perditionis ianuam, quæ & bonaiam quæsita depellet, & nec dum habita, non admitteret?

B Exeat nunc sanctissimus & eloquentissimus Leo Papa, & eandem doctrinam breuius, sed eloquentius astruat. Is ita ait: Quantumlibet quisque iustificatus sit, habet tamen, dum in hac vita est, quo probatio esse possit, & melior. Qui autem non proficit, deficit, & qui nihil acquirit, non nihil perdit. ] Subtiliter quidem causam huius veritatis pandit: quia enim semper possumus in virtute proficere, & meliores ac sanctiores euadere, si non spiritu progrediamur, non patrum regredimur, & à nostra obligatione deficitur. Nam si quis itineri se committens, tantisper ab hospitio digressus sedeat, & dormiat, & ad multam noctem expergefactus, se multis passibus à termino sui itineris distantem inueniat, meritò seipsum obiurgat, laetem, ac ignavum vocat, & ex eo solum, quod non (vt debuit) progressus est, defecisse, & operæ perdidisse putat: Idem prorsus post multis religiosa conuersationis annos, se longè sentiens à perfectione fateatur, qui eo ipso, quod non peruenit, quod potuit & debuit, planè à sua obligatione defecit. Sequatur Leonem Chrysostomus, si non atare, at oratione nostra, qui iustos ad currentem adhortans, satis indicat, si in via stercent, se suo muneri non satisfacere, atque adeò à virtute deficere. Qui se iam perfectum esse, ait, & nihil ad virtutis assequitionem desesse libi putat, à cursu cessabit, tamquam totum iam assequitus. Qui verò, se metam nondum attingisse putat, numquam à cursu desister. Hoc ergo nobis semper reputandum est, etiam innumeris dona exequi fuerimus. Si enim Paulus post mille mortes, post tanta pericula, istud arbitratus est de se, multò magis nos. ] Hoc verò postremum dicit Chrysostomus propter illud, quod Paulus de semetipso conscripsit: Fratres, ego me nō arbitror comprehendisse. ] Qui igitur in via Dei sedet, & nō curat ad maiora cōlurgere, si nō ore, at opere dicit: Non sum sicut cæteri hominū. Illi ad salutem assequendam diligentia indigent, ego non indigo: illi enti, & labore debent, ego non debeo ulli nondū ad concupitatem sanctitatem peruenire, ego iam perueni. Quare iam bene possum curam omnem meæ perfectionis abiicere, & tepidissimis quibusdam operibus, non ad anteriora me excedere, sed retrò redire, & ineptissimis curis vacare. Et quis magis deficit, quān iste, qui profecto nēdū profectū cognovit, quē antequam viderit, se in finu illū habere autuimat: Et quis stultior eo, qui in tempore cursus sedet, in tempore pugnæ, rifiui & sermonibus otiosis indulget & in tempore belli, non arma, sed pacem & somnum meditatur: Post magistrum, ciremus discipulum, nempe Ioannem Cassianum, Chrysostomi primum auditorem, atque diaconū, postea verò eremitā, & monasteriorū fundatorem. Hic multò clarius & evidenter est huius, quem tractamus periculi repidoRum assertor. Necesse est, inquit, vt secundum Apostolum, aut renouatus quis spiritu mentis fæcere per singulos dies proficiat, ad ea se, quæ in ante sunt, semper extendens, aut si neglexerit consequens est, vt retrò redeat, atq; in deterioris relabatur. Et id circa nullo modo poterit mens in una arcti; eadē qualitate durare; velut si quis contra aquas violēti fluminis naueM subigere remorum impulsione conetur, necesse est, eum, aut virtute brachiorū torrentis aluei imperium desecatē, ad superiora cōscendere, aut remissis manibus ad præcep-

*Leofor. 8.  
de passio.*

*Chry. b. 6.  
12. ad finem*

*Phil. 13.*

*Cass. col.  
6.c. 34.*

*2. Cor. 4.  
Phil. 3.*

prono amne reuocari. Quapropter istud erit euidens nostri indicium detrimenti, si intellexerimus nos, nihil amplius acquisisse: nec dubitemus retrosum nos fuisse omnimodis reuocatos, qua die non senserimus ad superiora progressos; quia, ut dixi, nec in eodem statu mens hominis potest iugiter permanere, nec in hac carne consistens ita virtutum apicem possidebit, quisquis ille sanctorum, ut immobilia perseverer. Necesse est enim aut aliquid adiici illis semper, aut minui: nullaque in omni creatura talis poterit esse perfectio, quae mutabilitatis non subiacet passioni, secundum illud, quod in libro beati Iob legitur: Quid est homo, & ut immaculatus sit, & ut iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, cœli non sunt mundi in conspectu eius.] Solum namque Deum immutabilem contemnem, quem tantummodo, sancti illius prophetæ ita appellat oratio: Tu autem idem ipse es.] Et ipse de se: Ego sum, inquit, Dominus & non mutor: ] quia scilicet solus ipse sit naturaliter semper bonus, semper plenus, semperque perfectus, cui nihil nec adiici possit aliquando, nec minui. Ideoque debemus ad virtutum studia irremitta cura ac sollicitudine non metipos semper extedere, ipsique nos jugiter exercitus occupare, ne cessante profectu, confertim dimittio subsequatur.] Similitudine nauis viri Cassianus, contra idem fluminis ad superiora nitentis, quæ etiam Gregorius est vîs, & fortè iste ex illo antiquore defuspsit, quæ mirifice totam rem istam declarat. Ego enim flumen exultimo mortalem istam confectionem, quæ semper defluit, & numquam in eodem statu permanet, aut in eodem gradu consistit. A quas verò huius fluminis puto affectus humanos, atq; passiones, quæ semper impetu ad ima descendunt, & ad corruptionem relabunt. Nauem autem animam cuiusque cogito, in medio fluminis nauigantem. Quis nunc non videat, hanc, si per feruorem vita spiritualis, non ad superiora contendat, affectuum impetu ad pristina desideria relapsuram, & vndis, id est, desideriis vani honoris, & temporalium commodorum, nec non & huius saeculi distractionibus ad mare, id est, ad vitam saecularem, si non statuat moribus redditur? Nemo itaque seducat seipsum, & putet in fluminis medio sedere, & in tepiditate vita, quæ acquisivit tempore feruore, seruare: quia hæc insensibiliter sola feruoris omissione tenet, & vndarum, hoc est, affectuum nostrorum impetu dilabuntur. Quod virum non quotidiana experientia monstrasset, in his, qui feruore iram, superbiam, & pruritus carnis vicerunt, & diligentiam in segnitium communantes, se tracundos sicut antea, & ambitiosos, & carnis impulsibus irrititos persentiant.

Postremum locū occupet in hac tractatione Bernardus, non quod minor sit, sed quod ab antiquioribus dicta ipse luculentiter repetiuit. Quodam loco ait: Quisquis in schola Christi non proficit, eius indignus est magisterio, præsertim tamen ubi sumus, ubi nihil in eodem statu permanet, & non proficere, sine dubio, deficit est. Nemo proinde dicat, satis est, sic volo manere, sufficit mihi esse, sicut heri & nudius tertius. In via resider, qui huiusmodi est: in scala subfusit, ubi neminem patriarcha vidit, non ascendentem aut descendenter. Dico ergo: qui se existimat stare, videat ne cadat.] Ardua & angusta est via, & non hic, sed in domo Patriæ mansiones sunt multæ.] Itaque qui se dicit in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, ipse ambulare.] Iesus enim, ait Euangelista, crescebat sapientia, & astate, & gratia apud Deum & homines.] Et iterum alio loco sic scribit. Itaque indefessum proficiendi studium & iu-

gis conatus ad perfectionem, perfectio reputatus. Quod si studere perfectioni, esse perfectū est, profectō nolle proficere, deficere est. Vbi ergo sunt qui dicere soleū: sufficit nobis, nolumus esse meliores, quam patres nostri. O moxache, non vis proficere? Non. Vis ergo deficere? Nequaquam. Quid ergo sit mihi, inquis, viuere volo, & manere, in quo perteneri, nec peior fieri patior, nec melior cupio. Hoc ergo vis, quod esse nō potest: Quid enim stat in hoc facili? Et certè de homine specialiter dictū est: Fugit velut umbra & numquam in eodem statu permanet.] Ipse deniq; homini, saeculij: Auctor, quādū in terris vîsus est, & cū hominibus conuersatus est, nūquā stetit. Et quidē teste scriptura, Petrus transiit benefaciendo, & sanando omnes. [Petrus transiit ergo, sicut nō infractus, ita nō remissus, nō pigritus, nō lato gressu, sed quemadmodum item de eo scriptum est: Exultauit vt gigas ad currentem viam.] Porro currentem non apprecedit, qui & ipse pariter non currit.] Tertium etiam locum eiusdem sancti doctoris adiiciemus. Recedat à me, & à vobis, qui dicunt, nolumus esse meliores, quam patres nostri, tepidorum & dissolutorum se filios protelates. Quorum memoria in maledictione est, quia manducauerunt vras acerbas, quibus dentes filiorum obfuscaverunt.] Aut si sanctis, & bonæ memorie patrib. gloriatur, imitetur certè sanctitatem, quoniam indulgentias dispensationesq; pro lege defendunt. Quāquam sanctus Helias, Non sum, inquit, melior, quam patres mei, ] & non dixi se nolle patribus esse meliorum? Vedit Iacob in scala angelos ascendentes, & descendentes. Numquid stantem quæpiam, sive sedentem? Non est stare omnino, in pédulo fragilis scalar, neq; in incerto huius mortalitatis vita, quicquā in eodem statu permanet. Nō habemus hinc manente civitatem, nec futurā adhuc possidemus sed inquirimus.] Aut ascendas, necesse est, aut descendas. Si attentas stare, nras necesse est. Minimè pro certo est bonus, qui melior esse non vult. Et vbi incipis nolle fieri melior, ibi etiam definis esse bonus.] Hæc dicta patrū certè sufficiunt, vt hanc veritatem confirmemus, sed quam ob causam aut quomodo id verum sit, quod qui non proficit, deficit, nunc nos pro nostra tenuitate dicamus.

Qui ergo non conatur in virtute proficere, & ipsius deficit, & opus eius studiosum deficit, & virtus eius deficit, à qua opus studiosum emanat. Ipse deficit, quoniam suo muneri non satisficit. Viri enim spirituales in hac vita viatores sunt, qui in cœlestem patriam gressibus meritorum festinant: discipuli sunt, qui perfectionis scientiam, & artem bene viuendi perdiscent: pueri sunt, qui optimis alimentis, non statu corporis, sed mentis augescunt. Ergo manifestè à sua obligacione deficunt, si in via sedent, si in dies in sanctitatis disciplina non proficient, si pulilli semper maneant, & debitam virtutis mensuram non acquirant. Deficit famulus, si vel vna die otiosus maneat, & obsequia sibi iniuncta non præstet, & nemo cum excusat, nemo illum non reprehensibilem iudicabit, nemo non dignū pœna farebitur. Et nos famuli sumus, aut seru summi Dei, pensum obsequiorum in omnem diem, quod reddamus, assignatum habemus. Quis nos non otiositatis & ingratitudinis damnavit, si vel vna die non proficerimus, (profector enim noster est obsequium Dei) & non fecerimus aliud virtutis augmentum: Mercator, qui potuit nouum lucrum acquirere, & prætermisit, ab aliis mercatoribus rideatur, & in sua arte defecisse iudicatur. Etsi absque causa debita contrahat, quibus solvendis suam substantiam imminuat, imprudens & stultus habetur. In idipsum, in modo multo maius nos non proficientes crimen indicimus, quoniam & cœlestes

Job 14.

Acto. 20.

Psal. 18.

Idem epist.

91. ad

Abb. sua-

fazione con-

gregatos.

Ezecl. 18.

3. Re. 19.

Gen. 18.

Hob. 13.

Iob. 15.

Psal. 101.  
Malach.  
3.Bernar.  
epist. 341.  
ad mona.  
5. Bertr.  
Gen. 28.  
1. Cor. 19Ivan. 14.  
1. Ivan. 2.  
Luc. 2.Idem epist.  
154. ad  
Cartagin.

the latuos,

Apoc. 2.

Richard.  
lib. 1. m.  
Apoc. 5.

2. Cor. 6.

Mat. 20.

thesauros, cum possimus, non lucramur, & quotidianis imperfectionibus pœnatum sustinendū debitores efficiuntur. Oitendit quidem Dominus, eum, qui non proficit, deficere, & esse reprehensione dignissimum, dum Episcopum Ephesiorū non perditæ charitatis, sed imminuit & reprehendit. Sed habeo, inquit, aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. ] Non ille charitatem omnino perdiderat, sed fergore eius, quo cœperat, minime auxerat, in modo aliquantulum tepidè agendo remisit, & ob id verba indignationis, & comminationis audit, & segnitiem proximam esse cœlui, ex dictis sui Creatoris aduertit. Memor esto, inquit, vnde excideris, ex quo feliciter fero, ad quantū mentis temponem peruerteris, & age penitentia] non criminum, qua post primam illam charitatem non cōmisisti, sed magnarū imperfectionum, quibus illam tepidē te gerēdo feedasti, & prima opera, id est, fero, & perfecta fac; si autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum, ] auferam népe dona qua otiosa & inutilia recondis. Ex qua incarneatione & cōmissione perpendite, ait Richardus Victorinus, quanta sit culpa post acceptam gratiam negligenter agere, nec in ipsa proficeret, sed magis deficeret. Vnde Paulus nos admonet, dicens: Hortamus vos, ne in vacuū gratiam Dei recipiatis. ] In vanū gratiam Dei accipit, qui in ea proficeret negligit, sed magis deficit. ] Meritò etiam ipse Dominus non, solum male agentes, sed etiam otiosos increpat, dicens: Quid hīc statis tota die otiosi? ] Quoniam non solum delinquit, qui mandata transgrediuntur, sed & qui mensuram, ad quam vocati sunt, perfectionis, non cōplent. Non est ergo ambiguū, quod omnes in via Dei non proficiētes, à suo munere decidant, atque adeò quod ipsi Deo, & debito sua vocationis deficiant.

Deficit etiam opus tepidi, & ignavi hominis, qui non conatur amplius quotidie proficeret, quoniam ipsa tepida, & incuriosa virtutis exercitatione, in dies imperficiens redditur, & indeuotius ac imbecilliūs exercetur. Id verò exēpla ex infirmis rebus petita, clariss., quam desiderari possit, & euidentius exponent. Nā qui iuuenis optimè scribebat, & pulchros characteres formabat, ipsa consuetudine, festinatè, & sine cura scribendi, in virili astate aut senectute pessimè scribit, & ab illa facilitate bene scribendi cadit. Qui grammatica, aut rhetorica addiscens, congruè, immo & discretè loquebatur, ipso vñ non examinandi, & pollicandi, quod loquitur, post aliquor annos barbare loquitur, & apud huius artis peritos ridiculus inuenitur. Qui ad apicē sacerdotij consequendit, & ritibus celebrandi sciendis diligenter incubuit, absq; vlo exteriori defecit, & cū magna curiositate ritus tremendi sacrificij pergit, & postea sola obliuione seruādi qua dedit, ritū mis̄a dedicit, & inumeris defecit, opus illud sacrosanctū quotidie perficit. Nōne vi des, quo modo incuria diligenter operandi, opus imperfectionib; feedat? Nōne vides quām vera sit, quod ipsa indulgentia crescendi opus perfectū deficit, & à prima sua perfectione deficit? Idem prorsus in operibus studiis evenit, quod inepio quodam vñ, & tepida consuetudine, facta à prima pulchritudine & perfectione deficit. Qui antea intentissimè & feruissimè orabat, dum caram augendi virtutem orationis deposituit, distracte & remissè orat, qui promptissimè obediebat, obedientia promouenda curā relinques, iam difficulter paret, & non sine tristitia, & obmurmuratione prælatorum iussa perficit: qui mitissimè iniurias sustinebat, ex eo tempore quod oculos à māsuetudine avertit, iam vix modicum verbum insuave sustinet, & ad omnia cum ira & indignatione responderet. Nam igitur opera iustorum defecerunt, & à prima

A illa perfectione delapsa ad magnā imperfectionem declinarunt, meritòq; dicemus illis, quod Paulus Hebræis: Etenim cū deberetis magistrū esse propter tempus: rursum indigeris, vt vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei. ] Et tursus illud: Curtebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire?] Orabatis reuerenter, obediebatis promptè, sustinebatis fortiter, in omnibus vos gerebatis perfectè, qui vos fascinavit, quis compediuit, quis à primo operum splendore deiecit, nisi ipsa obliuio proficiendi, atque incuria in melius non ambulandi? Duo enim nauigantium alimenta consumunt, primum, maris & vndarum suarum tempestas, quæ compellit eos non tantum merces proiecere, sed & ipsos cibos in mare iactare; secundò, maris noxia malacia, & peior tempestate tranquillitas, quæ panem & vinum omne consumit, & miseris homines ad extremam quoque necessitatem redigit. Ita duo solent studiola opera iustorum disperdere, & aliquis grauis peccati tempestas, quæ omnia deuorans animam ad pristinā vitę carnalis studia retrahit, & praua tepiditas, quæ paulatim bonorum operum splendorē extenuat, & ad miserabilem quamdam imperfectionem reducit.

B Deficit tandem & ipsa virtus hominis tepidi, & non curat̄ proficere, quam in fero, positus comparuit. Omnis enim virtus, aut acquisita est, aut per Dei infusionem accepta. Et de acquisita non est dubitatio, omnibus Theologis afferētibus, quin operum cessatione minuitur. Licet enim in modo, quo virtus otiosa deficit, sit inter illos opinionem diuersitas, tamē in eo quod tractamus, scilicet, quod virtus acquisita otiositate deficit, omnes sine villa exceptione conueniūt. Nā virtutes istæ, quæ nō sine auxilio Dei, nostra parat̄ ut industria, nostra erit̄ negligētia subruuntur. Aut quia ipsa corruptibiles sunt, & si non excolantur, temporis lapsu veterascunt, & sicut scientia obliuione deletur, & amicitia defecit, communicationis minuitur, ita & ipsa sua infirmitate ad interitū eūt. Aut quia cessante harū studio virtutum, contraria passiones insurgunt, & oppositi actus, & desideria pullulascunt, quæ impetu in virtutes, præsidio actū destruturas irrūtes, eas principiō minuūt, & deinde perseverante confliktu, funditus destruūt. Gratia verò ipsa, & charitas, & virtutes supernaturales à Dei infusione prouenientes, non minimū etiam detrimentum ex incuria & negligētia nostra subeunt, tum ex eo quod peccata, licet leuiā, ad eorū interitū corruptionēq; præparant, tum erit̄ quia dum ipsa nihil operātur, affectus inordinati renascuntur, & vitia pullulant, quæ sui augmento virtutes infirmiores & imbecilliores efficiunt. Quemadmodum enim exercitus militū decem milium, aduersus alii aqualem exercitum pugnans, illi viribus æqualis est, si verò iste aduersarius crescat, & viginti milibus militibus constet, iamille primus sine villa suorum militū immunitatione, & solo augmentatione contrarij alterius infirmior, ita charitas tepidi hominis eadē secundū substantiam maieas virtutē resistendi minor est, & operāti facilitate infirmior, eo ipso quod passiones robustiores sunt, & affectus contrarij rebellant, & vitia iam viciā, & prostrata, iterum defectionem cogitant, & aduersus charitatem insurgunt. Ac proinde Dominus haudquaquam à nobis sua dona auffert, sed nos magnis nostris imperfectionibus ea auferimus, & stulti effecti multitudine peccatorū destruimus. Nec charitas vñquam leuiū peccatorū multiplicatione omnino deficit, quæ non in seipso, sed in comparatione ad contraria insurgēt, detrimentū sentit. Sic enim si regem aliquem forūsum aduersarij captiuum tenerent, & catenis illigatum in carcerem conicerent,

Hebr. 5.

Galat. 5.

D.Thom.  
1.2. q. 53.  
art. 3.D.Thom.  
2.2.q.2.  
art. 10.

ille quidem in seipso fortis est, quia vires suas non amilit, at comparatione externorum impedimentorum infirmus, quia non valeret ea pertrahere, nec catenas effingere, nec profunditatem carceris superare: ita charitas seipso fortis est, qua gradus sua perfectio-  
nis non perdidit, at affectibus est ligata, & passionum vinculis cōpedita, & veluti in profundū lacū tepidi cordis coniecta, & tot perturbationibus implicita, ut non possit facile, sicut ante, studiis perfectionis insisteret, & hostes suos superare. Sicut autem virtus, non a nimia, & irremissa, sed a prudēti exercitatione de-  
pendet, ita nec cūm prudenter vacamus, vlo modo minuitur, iūdō magis robatur, quia discreta relaxa-  
tione, quasi debito tēpore dormit, & in somno vires ad iterum laborandū resumit. Certum est itaq; quod qui non proficiunt, in prius quāstā virtute deficiunt, & paulatim sūt deteriores, qui nō conātur esse me-  
liores, idq; nos æquum est ad quotidianū profectum exfulcere. Si enim opes peritutis curamus sc̄per au-  
gere, & multo labore partā scientiā continuo studio & meditatione seruare, quanto magis entendū est,  
virtutem, & animā sanctitatis perficere, qua & ipsa per se thesaurus est incomparabilis, quo vitam cele-  
stem mercamini, & felicitatem ac finem nostrum al-  
lequimur: Ne simus sicut arbores nodosæ, quæ num-  
quā crescent, numquam fructificant, nec labori agricola prouentū oblatione respondent; sed sicut ar-  
bores bona, & fructuosa, & studiū nostrum sit cre-  
scere, cura sanctitatis desideriis florere, & sanctis o-  
peribus tamquam fructibus abundare.

*Septimum excitatorium desiderij perfectio-  
nis: quod ad eam querendam status obli-  
gatione constringimur.*

CAPVT II.

**R**O STRĒM V M excitatorium desiderij perfectionis, quod decreuimus hoc loco tractare, non rogat, sed iubet; non ducit, sed trahit; nō mulcet, sed minitat: quoniam non quocunque detrimentum tepidis, & suā salutem negligenteribus, sed manifestū periculum externe damnacionis inducit. Quod vt exquisitiū spe-  
riamus, sciendū est, nos qui vitam religiosam profite-  
mur, statum perfectionis profiteri, & post statū Episcoporum, & Ecclesiæ principū, sanctissimam ac perfectissimam Ecclesiæ vitam consecrari. Hi enim, cū sint Ecclesiæ patres, fidelium magistri, Christianorum duces, qui pro sua dignitatis exigentia, non tam ad perfectionē currūt, quam iam perfeci sunt, statum Ecclesiæ supremum obtinent. Et cū sint omnis virtutis & perfectionis doctores, sanctiorē vi-  
tam habere tenētur his, qui pro ratione sui status solū debent virtutem & perfectionem addiscere. Nā ille, qui agit, aut tribuit, vt eiā adnotauit Augustin. in eo quod agit, & tribuit, perfectior est eo, qui recipit, & agit subiicitur. Vnde cū Episcopū munus sit agere & docere, & lumen aliis tribuere, sequitur, statū præstare omnibus alijs, etiam religiosis, quos si ius humanum ob iustas causas aliud nō statueret) do-  
cerent, instruerent, regerent, & perinde atq; alios, sibi subiicerent. Post Episcopos vero secundum locum in Ecclesiæ gremio obtinent religiosi, qui non quamcumq; vitā, sed statū insignitam habent, & nō quemcumque statum, sed statū perfectionis profitentur. Habent quidem statum non tam quantum ad iudi-  
cium diuinū, quod intueretur cor, sed etiam quārum ad Ecclesiā, qua, cū sit visibilis, intueretur ea, qua parēt,

A & exteriora respicit.] Nam sicut status libertatis aut seruitutis in republica ciuili non in solo actu seruiendi, aut ad libitum viuendi, sed in externa, & solemnī obligatione ad seruēdū, vel in absolutione ab omni seruitute constituitur non est seruus, qui liber, & ex voluntate seruit, nec liber, qui contra ius & fas a debita seruitute fugit, sed seruus est, qui legibus ad seruendum ligatur, & liber, qui legibus, aut sanguine, atque maiorum genere, ab onere seruitutis absolu-  
tur: Ita in Ecclesia sancta status, non ex quocumque actu virtutis, aut charitatis, sed ex obligatione solēni, aut publica, aut saltem extērna cōfurgit. Quare cūm religiosi se ea qua sunt virtutis, obligant, & non tantum interiūs, verū & extēriūs quoq; se obligant, & corā Praelatis, qui locum Dei gerunt, votis pauper-  
tatis, & castitatis, & obedientiæ se obstringant, fit vt in Ecclesia statū habeant, quo perpetuō & stabiliter in aliquo viuendi genere perseverare tenētur. Habet etiam statū perfectionis, quoniā solēniter, aut publicē, aut extērne coram Praelato ad ea, qua sunt per-  
fectionis, se obligant. Votis enim, & professione sua pollicentur, à rebus sacerularibus, quibus licet vti poterāt, abstinerē, vt liberius Deo vacēt, & amori Crea-  
toris inhāreant, in quo sita est huius vita perfectio. Idq; manifestē designat Dionysius Areopagita dum nomina indita religiosis exponit. Alij quidem, ait, eos therapeutas, id est, famulos Dei, ex puro seruitio & fa-  
mula: alij verò monachos ipsos nominant, ex indiuisibili, & singulati vita vniēte ipsos, ex indiuisibili-  
bus sanctis contemplationibus, ad deiformem vni-  
tatem, & amabilē Deo cōtemplationem. Licet ergo multi status sint in Ecclesia, vt status coniugatorum, status regum, status doctorū, & alij similes, qui magis possunt vocari officia, quam status, quoniā ad diuersas actiones ordinātur, at duplex tantū est status per-  
fectionis: Alter est status Episcoporū, quorū obligatio est, alios vitā Christianā docere, & vitis abducere, in omni virtute erudire, & animā pro ouib, ponere: Alter status religiosorū, quorū obligatio est perfici, à rebus sacerularibus auelli, & ad diuinā unione aspirare.

Iam itaque maximē ac vehementissime ad perfe-  
ctionis desideriū nos exciter, quod nos qui religiosā vitam profitemur, & statū religionis assumplimus, tenemur ad perfectionē tēdere, mores nostros emē-  
dere, & in virtute, ac mentis puritate proficere. Sed quomodo tenemur, aut qua obligatione constringi-  
mūr, ne si multū emūxerimus, tanguiñē eliciamus, & iustis animab. Iaquetū iniiciamus; aut si plus quam  
æquū est, rē istā dilatauerimus, an si tam tepidis prebea-  
mus remissē viuēdi, & de via perfectionis nō curādi? Certe obligatio religiosorū tēdendi ad perfectionem hac est, (quod ex lumine Ecclesiæ Thome aperte colligitur) vt religiosus debeat intentione sua, ad perfe-  
ctionē tendere, & perfecta charitatis assequectionem curare: debeat etiam operum executione, & regularum, ac statutorum obseruatione ad perfectionem seipsum parare, & his sanctis & religiosis operibus tamquam passibus quibusdam ad perfectionem abi-  
re. Hac inquam, debet, sed dissimiliter. Nam si quis religiosus animū tendendi ad perfectionem omni-  
no deponeret, & mandatorum, ac votorum, ad crīmē obligatiū obseruatione cōtentus, nollet amplius in virtute progredi, nec vlt̄a proficere, is, secundū quo-  
rundā doctōrū sententiā (quam non examino) in statu est damnationis, & lethaliter in Deum delinquit; secundū alios verò, imd secundū omnes doctores, saltē aliquo modo peccat, & est malus religiosus, qui manifestē nō vult suo statui satisfacere, & ad finē charitatis perfecta venire. Si autem quis intētione profi-  
ciēdi, & ad perfectionē aspirādi retēta, in statutorum

Dion. lib.  
de Ecc.  
hier. c. 6.

D. Tho. 2.  
2. q. 187.  
art. 2.

Aug. 12.  
de genet.  
ad lit. c.  
16.

i. Reg. 16.

custodia

custodia deficeret, quæ obligationem peccati non inducerent, is quidem tibi dñe ageret, & remissæ se gereret, & perfectioni nonnullum impedimentum apponere, non tamen ob id solum peccaret. Nosigitur, qui nunc non tibi de opere, quam de perfectionis desiderio loquimur, hac secunda doctrina prætermissa; ad illam primam redeamus, quæ in nobis desideratua desiderium perfectionis accendat. Et ne viros Deo consecratos, & in altissimo vita religiosa statu positos, contristemus, qui graue peccatum plusquam gehennam exhorrent, nunc graue peccatum, & quod à Deo separat raceamus, & eos qui intentiōnem, & desiderium veniendi ad perfectionem omnino deponunt, stultos insipientes, & planè mālos religiosos vocemus. Et ista quidem proba fatis suauiter, & modestè proferimus in eos, qui gratis, & consultò volunt, si non grauitate, at aliquo modo in Deum, eos in sua domo custodiēt, delinqueret, & amplissimum religiosæ vite finem, scilicet perfectionem desideriis commodorū suorum, & utilitatū subiiciere.

Hos in suam vocationē peccare manifeste astrictit Hieronymus dicens: Monachum in patria sua perfectum esse non posse, perfectum autem esse nolle, delinqueret est. ] Ac si diceret, si quis perfectionis amore retenet, patriam inuiscere cuperet, & charos salutare parentes, & ad tempus cū fratribus, & amicis, bono aliquo prætextu conuersari, non multa prudentia iegeretur, imò immoderato affectu duceretur, qui posset amorem finis, id est, perfectionis, & sanctitatis, aut tepefacere, aut omnino labefactare: At si amorem perfectionis deponat, & se nolle amplius proficere, aut corde, aut ore dicat, is non solum imprudens est, sed tepidus etiam de ore Domini euomendus, qui in eo ipso, quod non vult esse perfectus, aperie delinquit. **Quis** verò hoc in dubium vocare poterit, qui animaduertat religiosum, se quæsturum perfectionem non tantum apud se statuisse, verum etiam promisisse: Si nāmque votis se paupertatis, castitatis, & obedientia constringit, quæ sunt media, & instrumenta assūquanda perfectionis, in illis implicite, & quasi involutè votum etiam quārendæ perfectionis emisit. **Quis** enim promittit arma portare, nisi ut se data occasione defendat, aut inimicum offendat. **Quis** etiam pollicetur medicamentum accipere, nisi ut sanitatem consequatur: **Quis** à noxiis cibis, & venenosis abstinere, nisi ne in morbum, aut in mortem incurrat: **Et** quis similiter votum ab impedimentis perfectionis abstinere, nisi ut perfectionem, mentisque puritatem acquirat. Ergo licet perfectionem ipsam non voleat, tamen intentionem perfectionis non obscurè promisit. Quod idem Hieronymus hac oratione confitetur. Sed fortitan dicturus es: Quid ergo? Quicunque in ciuitate sunt, Christiani non sunt? Non est tibi eadem causa, quæ certe Dominum ausculta dicentes: Si vis perfectus es, vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & veni, sequere me. ] Tu autem perfectum te fore pollicitus es. Nam cū derelicta militia, te castrasti propter regnum celorum, quid aliud, quam perfecta sequitur es viam. ] Si ergo omnes vita religiosa cultores, certo quodam modo sead perfectionem tendere, & appropinquare promittunt, certè reus videatur non bene seruata promissionis, qui animum, & desiderium proficiendi, & ad perfectionem perueniendi deponebat. Huic optimè congruit, quod Dominus Episcopo Ecclesia Sardicensis scriptit in Apocalypsi: Scio opera tua, quia nomen habes, quod vias, & mortuus es. ] Nomen enim eius, qui vivit, est nomen religiosi, quia hominem Deo consecratum, & eligatum significat; & quis magis viuus, quam ille,

A qui vita ipsi, aut auctori vita coniunctus, ac colligatus est? Sed hic viuentis nomine insignitus, mortuus viderur, qui opera religiosi deseruit, qui de fiducia proficiendi depositus, qui conatus ad perfectionem veniendi dereliquit. Planè iste mortuus videretur, & à vita spirituali defectus, qui in re tanti momenti deficit, & in ipsum finem vocationis sue, nimis in perfectionem delinquit. Nam manifeste perfectionem laedit, qui cum ea deberet desiderare, & amare, non diligit; & qui instrumenta sanctitatis assūquanda contemnit. Conjugatus, qui vxori, quod suum est pertinet, non satisfacere, & filios familiamque famē perire sineret, non parvam in sua conscientia noxam contraheret. Pastor qui non vigilaret super gregem suum, & oves tempore conuenienti per se, aut per alios non pasceret, nec à lupis defenderet, reus censetur & effet, diuinī iudicij. Miles, qui in prōfectu belli positus, nihil de prælio cogitaret, nec se ad configendum cum hoste disponeret, sed tantum ludere & otiori decerneret, in regem, ac in militiam delinqueret. Hoc autem ideo, quia omnes isti vnum debent, & aliud præstant, & cum aliquod intus habeant, nequam suo muneri satisficiunt. Eadem igitur est religiosorum causa, non curantium proficere, & non solum idem, sed grauius etiam immānusque delictum. Eadem quidem causa, quoniam religiosus pro munere, & statu suo debet ad perfectionem tendere, & vita sua emendationē curare: ad hoc nāmque, laculum abnegavit; opes, voluptates, & propriam voluntatem abiecit, & se totum, corpus, & animam Deo consecravit. Grauius autem est delictum ipsius, quia non solumnam aliquam libi sponsatam, non familiam aliquam specialem, sed religionem matrem honorabilem, & omnem familiam suorum commilitonum offendit. Non oves rationis expertes, quæ, si perirent, non ingens detrimentum est, sed rem publicam virium & sensuum suorum dissipat, & luporum, id est, dæmonum, laqueis exponi: Non humanum ducem aut temporalem militiam, sed Christum imperatorem, & spiritualem militiam aduersus vitia, quam suscepit, quam professus est fronde inuercunda meretricis spernit.

Sciamus itaque, & intentissima cogitatione meditemur, non solos illos delinquere, & in Deum iniuriosos esse, qui malè faciunt, sed & illos quoque, qui cum possint, & debeant, bona non præstant. Duo quippe esse peccatorum genera, alterum quo malum patramus, alterum, quo bonum omittimus, nemo est quinesciat. Quare dixit Iacobus Apostolus: Scient bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. ] Et qui talentum abscondit, non propterea damnatus est, quod illud perdidit, nam integrum talentum restituebat, sed quia lucrum aliquod non acquisivit. Non solum ergo peccas, & religiose, si proprium habeas, si propria voluntate guberneras, si tua mentis & carnis puritatem contamines, sed etiam si ad perfectionis bonum, quod mente concepisti, & proper quod fucata bona reliquisti, non animi intentione & desiderio contendas. Iam enim bonum, quod scis & pores, & debes facere, non fecisti, iam talentum vocationis tua, & magnatum misericordiarum Dei in sudario ignauri absconditum tenuisti, & ideo non meritum, sed peccatum est tibi. Audi, quam pulchrit, & quam apud similibus id astruat Chrysostomus. Hoc igitur, inquit, qui spiam rogarit, qui nec boni quicquam, nec mali fecerit, quemnam locum is ipse fit habiturus. Hoc enim ipsum non fecisse bonum, nihil aliud est, quam fecisse malum. Nam si seruum habueris non furem, non ebrium, non contumacem, sed sobrium, modestum, & omni flagitio vacuum;

Iacob. 4.

Chrysost.  
serm. de  
virtu. &  
vitij.  
Tom. 5.

Hieron.  
epi. 1. ad  
Heliodor.

Hieron.  
epi. 1. ad  
Heliodor.

Mat. 19.

Apoc. 3.

hic si domi quotidie otiosus sedeat, si quotum à seruo usus debetur domino, nihil efficiat, dic obsecro, nonne flagellabis eum? nonne tormentis afficies? Et tamen nihil quicquam flagitiū commisit. Satis est igitur mali hoc ipsum, nihil feciliū boni. Sit nobis agricola quidam, nihil porrō peculij nostri dissipet, neque dolis furto surripiat, tantum suas ille manus compressas tenens, domi sedeat, semina non spargat, rura non scindat, vites non colat, & quod propterea ad agriculturam pertineat, nihil profrus efficiat, nonne ab ipso supplicium sumemus? Et tamen nihil insultit iniuriam, nec habemus omnino, quid illum accusare possimus: sed illud ipsum arbitramur iniuriam, Et nostro quidem in corpore, abstineat capite manus, non linguam excidat, non oculos euallat, non denique tale faciat: otiosa tamen fuerit, nec sui quicquid est officij tiro, corpori sufficiat, nonne ipsam portius fuerit abscondere, quam acentem, & inutilem tiro corpori manum circumferre? Quid autem os, si neque manus absumpserit, neque pectus momoratur, que vero ad se pertineant, omnia prorsus omiserit, nonne illud ob signe melius fuerat? In his igitur si non modò aliquid fecisse malo, verum etiam aliquid omisisse boni, magna comprobatur iniuria: porrō diuinis in rebus id ipsum multò magis apparet. ] Haec sententiam tepidus qui que ad scipium accommodet, & culpam suam, in non proficiendo clare perspiciet. Nam & ipse seruus est, non hominis sed Dei, qui tamen in domo eius non sicut seruus diligens, & fidelis, sed sicut statua inanimis, inertis & otiosus manet, & inter alios famulos strenue laborantes, ipse non laborat, sed sua commoditatibus, & ambitioni deseruit. Ipse agricola est, cui Dominus vineam proprij cordis locauit, quam diligenter studio virtutis excoeleret, à qua tamen, nec superflua amputauit, nec vites, hoc est, virtutes, aqua orationis rigauit, nec tempore fructuum aliquem patrifamilias prouentum restituit. Ipse membrum est corporis religionis, in qua utinam otiosus maneret, & nihil malum faceret, hoc enim forsitan prælati tolerarent, sed malis exemplis, & verbis discordias excitantibus, alia membra separat, atque discindit. Ipse denique os, sed os mutum, loquax ad ridicula, & inutilia, & mutum ad Dei laudes, ad verba adificationis, & ad peccatorum confessionem, quod dum sic taceret, minimè corpori prodest, & dum loquitur, si non alius, at sibi ipsi officit. Nam scriptum est: Os, stulti contrito eius; & labia ipsius ruina animæ eius. ] Qui ita se gerit, & minus suum sicut debuit, non implet, certè in hoc absque peccato esse non poterit, & quamvis sit manus in manu, non erit innocens.

De his tepidis & otiosis hominibus, qui desiderium proficiendi alegant queritur Dominus, cum per Davidem ait: Retribueban mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ. ] Ipse enim artulit eis bona; à laqueis mundi decipientis eripuit, bona sancta & religiosa vocationis dotauit, regulis & institutis

PROM. 1. 8.

PROM. 1. 5.

PSAL. 3. 4.

A communivit, prælatorum cura circumdedicit, stratum exemplis incitauit, comminationibus terruit, promissis allexit. Illi vero homines ingratissimi reddiderunt illi pro bonis mala, vt dum bonis non responderunt, & mala intulerunt, summum gradum ingratitudinis occuparent. Et quānam sūti ista mala? Sterilitatem animæ meæ. ] Ea scilicet, quod cùm debuissent proficere, non profecerunt, & pro virtutum fructibus vitorum spinas, & tribulos germinarunt. Habuerunt se erga benefactorem suum sicut arbores in fructuosa, in quibus multa folia, nullum vero fructum reperies. Ita quidem isti multa protulerunt verba, velut multa folia. Promitto paupertatem, folium est; promitto castitatem, folium est: promitto obedientiam, folium est: promitto morum emendationem, folium est; hanc regulam adimplebo, hoc statutum custodiā, hoc consilium obserabo, folia sunt. Sed quid ait Dominus: Retribueban mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ: ] quia inter tot promissiones, nullam redditionem, inter tot verba, nullum opus, inter tot folia, nullum fructum inuenio. Quid isti, si non melius sapient; si non resipiscant, expectare possunt, nisi post tantam ingratitudinem, lugendum casum, miserabilemque ruinam? Quam non præmium religiosa vita, quam solo verbo renuerunt, sed pena vita, utiliter, & sine fructu transactæ sequetur. Nam, vt inquit Paulus: Terra sapè venientia super se bīhens imbre, proferens autem spinas, ac tribulos, reproba est, & maledicta proxima, cuius consummatio in combustionem. Nulla terra opportuniorem habet imbre, & magis assiduum, quam anima religiosa, cuius cor Dominus continuus auxilio internis, & doctrina, & exemplis stratum rigat: si haec pro floribus tribulos, & pro fructibus spinas, & pro bonis operibus sterilitatem & otiositatem proferat, non multum abest ab ira Dei, a maledictione Salvatoris, à morte secunda. Liqueat ergo, religiosos debere perfectionem querere, & ad eam non tardis conatus festinare, cui obligationi, si non (vt pat est) corresponeant, nēquam suo muneri satisfacere, neque religiosa vita, quem occupant, locum implere. Quamobrem excitent se huius validissima, considerationis stimulo, ad quærendam, & desiderandam perfectionem, vt possimus & nos dictam Pauli comminationem lenire cum ipso dicentes: Confidimus autem de vobis dilectissimi, meliora, & viciniora saluti, tametsi ita loquimur. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, ] Ipse aspiciat opus, & laborem nostrum, quo nos perficere & emendare contendimus. Aspiciat etiam dilectionem nostram, qua propter ipsum omnia in sæculo dilecta negleximus, & sua motus misericordia nos roboret, vt celeriter ad brauium perfectionis, tum operibus, tum desideriis curramus. Amen.

Hebr. 6.

Hebr. 6.

PARS